

**Caleni [sic] Pergamensis De temperamentis, et De inaequali intemperie
libri tres / Thoma Linacro interprete.**

Contributors

Galen.
Linacre, Thomas, 1460-1524.
Galen. De inaequali intemperie.

Publication/Creation

Impressum apud præclarlam Cantabrigiam : per Ioannem Siberch, Anno. M. D.
XXI. [1521]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/svnjsz4s>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



GALENI
OP:INT:
INACRUS

1521










In. Lewis Petit MD.

Coll. Regal Med. Lon. Soc. S.R.S & S. S.A.



Collated by W.B. E.E.
~~22~~

Ib

62464/B

✓


MEDICAL SOCIETY
OF LONDON





ACCESSION NUMBER


PRESS MARK


GALEN




















GALENI PERGAMEN-
SIS DE TEMPERA-
MENTIS, ET DE IN-
AEQVALI INTEMPE-
RIE LIBRI TRES
THOMA LINACRO
ANGLO INTER-
PRETE.:

Opus non medicis modo, sed et
philosophis oppido q̄; necessariū
nunc primum prodit in lucem
CVM GRATIA
& Priuilegio.



CAN SOCIETY

SANCTISSIMO DOMINO NO-
STRO PAPAE LEONI DECIMO,

Thomas Linacer Medicorum
Minimus. S. D. . .



On hanc tibi lucubratiunculā
mēā Beatissime Pater quasi
tuis aptam studijs dignamve
offerō, quē totū totius chri-
stianæ Reip. gubernaculis in-
cumbere omnes scimus, sed
quod studiosis eam futurā nō ingratam sperem.
quibus quidquid vsui esse potest, tibi quoq; fo-
re iucundum nō dubito. Accedit quod quū re-
cens in me collatæ nō vulgaris munificētiæ tuæ,
qua me quoq; sicut reliquos quicunq; te olim co-
mitabamur in Iud. um, beare es dignatus, non im-
memorē me aliquo saltē officij genere declarare
volui: vnū hoc inter facultates meas quo id effi-
cere conarer literarum perspexi genus. quod et
mihi cui pene præter literas nihil est, et tibi qui in
literis es eminētissimus maxime visū sit congruēs.
In quo genere Galeni hic, se obtulit libell⁹. breuis
ōīō, sed non minus philosophis quā medicis
necessarius. Qui breuitate sua simul officiū meū
minus erat moraturus, simul m:æ in uertēdo, quā
tulæcūq;, certe tenuis facultatis gustū aliquē tibi
præbiturus. Per exigua(fateor)res, nimis q; im-

par quæ pro tante benignitatis vel Mnemosyno
ad sacrā presertim Celsitudinē tuā mittatur. Verū
et cuius ipse vicem in terris geris pauperulæ mu-
lieris duo minuta probauit; et mola salsa litare eos,
qui thura non haberent, prodiū nō ignoras. Sunt
sane mihi plura maiora q̄ in manib⁹, quæ ut pri-
mū per valetudinē et ministerij mei officia licetbit,
si tibi hæc non displicere intelligam, sub noīe tuo
(modo id non graueris) ædentur. Non quo ijs
operae preciū tibi vllū me facturū autūmē, quod
scilicet mihi de meo ingenio sperare non licet,
sed quo ijs ex præfatiōe noīs tui, qđ' merito litera-
tis omnib⁹ est charissimū, gratiā aliquā autoritatē
q̄ capiē. Per multū sane si qui erūt qui ex vigilijs
meis fructum aliquē percipient, Sanctitati tuæ de-
bituris, qui tam insigni beneficētia studiorū
meorum ocio cōsulueris. Deū opt. Max.
precor diu te nobis seruet atq̄ incepta
tua omnia secūdet. Londini. Anno
Christianæ salutis. M. D. XXI.

Nonis Septembris. ,,,

ELENCHVS SEQVEN

PRO Elenchi huius intelligētia, scire licet, quū in singulis huius codicis pagellis viginti septē versus contineātur: diuisis īs in treis nouenarios: per A significatur eorū prim⁹. per B. secūdus. et per C tertius. Sic intra nouē semper versus lector quod ex Elencho requiret, nō difficulter inueniet. Modo qui breuissimus labor erit, singulis libri chartis numerum adscribere yelit.

A

- Animans in summo calidū humidū frigidum aut siccum nullum esse. folio primo, pagina. i. C
Autumni incōmodum. fo. viij. i. B
Autumni qualitas. fo. eodem. i. C
Autumni et veris collatio. fo. eodem. ij. A
Animalia quomodo veteribus calida et humida sint dicta. fo. x. ij. A
Atræ bilis temperies. fo. xxxiiij. i. C
Animal calidum et humidum cur dixerint ueteres. fo. eodem. ij. C
Adipis et carnis variæ causæ. fo. xxxiiij. ij. B
Anatomica speculatio. fo. xlij. ij. C
Aristotelem de substātia formaticis virtutis dubitasse. fo. xluij. ij. A
Ab exiguo momēto magnam fieri interdum mutationem, et eius rei exemplum. fo. li. i. C
Archimedes. folio. ij. i. B

TIS OPERIS.

Attendendū in sicco et humi. quid per se tale sit
quid per accidens. fo.lv. ij.B

Aliqua pati a nostro corpore magis quā agere
aliqua magis agere quā pati. omnia vero tū agere
tum pati. fo.lyij. i.C

Ἄπτάθεα. folio.lyij. ij.C

Aliqua primo statim vſu alterationem suam ostē
dere. fo.lix i A

Abs quibus externis iudicādū. fo.lxi. ij.B

Ad aliquid esse quicquid p̄tāte dicit̄. fo.lxiiij. ij.C

Arterias et venas partes esse compositas. fo.lxvi.

Aliter simplicē carnē aliter vniuersum musculum
inæquali temperie affectum esse fo.lxvi.

Abscessio que melior sit que deterior. fo.lxvij

Alterationis varietates in phlegmonis, ex quinque
generibus accidere. fo.lxviij.

Animaliū quædā cōueniētes, quædā cōtrarios in
ter se succos habere

Aliquos rigere nec tamen febricitare. Rarūq; id

B (fo.lxxij.

Bilioſum quod in uentriculo gignitur quo sit co-
lore, et quo quod in iocinore. fo.xlij. ij.A

C

Calidum, humidū, frigidū, siccū multis modis dici

Aristotelem censuisse. fo.ix. ij.C

Calidum et frigidum, humidum et siccū dici idem
corpus multis modis. fo.xij. i.B

ELENCHVS SEQVEN

- Calidū & frigidū non de corporibus modo, sed
etiam de qualitatibus interdū dici. eodē. ij. C
Calida, fri. hu. sic. vt substātiæ, quæ. fo. xv. i. B
Calida, frig. hurni. sic. absolute quæ. fo. xvi. ij. B
Cutem in calore & frigore medium optinere
statum. fo. xxi. i. B
Chondrosyndesmos fo. eodem. ij. A
Calidum in ætatibus qualiter tactu sit discernen-
dum. folio xxix. i. A
Calorem in pueris & florentibus parem esse. fo.
Carnosi generis species. fo. xxxij. i. A (xxxii. i. B
Caro proprie, quæ folio eodem. i. A
Carnem iocinoris, lienis, pulmonis, & renū. sim-
plicis naturæ esse. fo. eodem. ij. B
Cordis carnē nō esse simplicē. fo. eodē. ij. B
Carnem ventriculi, vteri, & vesicarum propriam
quandam esse. folio eodem. ij. C
Carnis temperies. fo. xxxij.. i. A
Cartilaginis temperamētū. fo. xxxij. i. B
Calcarium temperies folio eodem. i. B
Carnosi qui. folio xxxiiij. ij. B
Cōsuetudinē esse acquisititiā naturā. fo eo. ij. B
Calui cur. folio xxxix. i. B
Canī cur. folio eodem. ij. A
Cur calui a sincipite cani a tēporib⁹ magis fiāt fo.
Cui maximē attendēdū cum cor- (eodē. ij. B
poris tēperiē iudicabimus. fo. eodē. ij. B

TIS OPERIS.

- Cur quib⁹ hirt⁹ est thorax ob id ipsū aliquādo re
liquis partib⁹ dissimili sint tēperamēto. fo. xl. ij. C
- Cutis quando sub se positā ū partī ū temperiem
indicit, & quarum. folio xli. i. C
- Cōsiderandū etiā si quid raro accidit. fo. xlīj. ij. A
- Cerebri ipsi⁹ temperamētū ex quibus dignosca
tur fo. xlīij. i. A
- Causa quædā huīditatis ī carne fo. xlvi. i. A
- Cōsiderādū esse ex quibus & in quæ mutatioēs
sint factæ. folio codem i. B
- Cur aliqua protinus, aliqua interposito tempore
calefaciant. folio l. ij. B
- Calefacere oīs eē alimēti coēm effectū. fo. lij. ij. A
- Cur aliqua eorum quæ ut alimenta comedūtur,
cuti imposta exulcerēt. folio lij. ij. A
- Corpora calida. frigida. hu. & sic. quædam per
se talia esse, quedā ex accidenti. fo. lv. i. B
- Cantharidas vesicam exulcerare. fo. eodē. ij. A
- Cōmune iudiciū in ūnibus quæ potestate sunt
ex alterationis celeritate. folio. lvi. i. B
- Cōtrarietas naturæ vnde iudicāda. fo. eodē. ij. C
- Cedendum aliquando esse non exactissime lo-
quentibus. folio lviij. ij. B
- Cibi pariter & medicamēta, que. fo. lix. i. B
- Calidi. frigidī. humidi. siccī. respectu nostri iudi-
cium a nobis certū esse posse. folio lxi. ij. A
- Calor quōdo ex accidēti refrigeret, fo. lxiij. ij. B

ELENCHVS SEQVEN

Calidum reuma quemadmodum musculi p̄t̄tes
Corporis tēperies quādo extr̄se. (iuadat. fo. lxvi
cus, et quādo interne alteretur. fo. lxxi.
Cur aliqui simul rigeant et febricitent fo. eodē.
Concoctionem phlegmonis duo sequi. fo. lxvij.

D

Demonstrationis oīs principia esse quāe sensui et
quāe intellectui sint manifesta. fo. xxviij. ij. B
Durū et molle cū medio criter calēt iudicāda fo.
Dubitatio de nonnullis quomodo (xxxi. ij. C
calida frigida ue appellentur. fo. xlix. i. A
Diuersorū ex medicamētis effectuū causae. fo. liij
Diacantharidon. fo. lv. ij. A (i. C
Deleteion. folio. lvi. ij. A
Deleterea ynde iudicanda. fo. eodem. ij. C
Dubitatio de ijs quāe sub calore applicata, tamen
refrigerant fo. lvij. i. C

Dupliciter fieri aliquid calidius. fo. lix. ij. A
Dupliciter fieri aliquid frigidius. fo. eodē. ij. B
Diuisio partiū maiorū in sibi proximas. fo. lxvi.
Digestionē in phlegmōe maxīe optandā esse cu
Dolor quādo desinat. fo. eodē (rationē. fo. lxvij
Doloris in febri spacium et eius termin⁹. fo. lxix.

E

Eusarcos. folio. xij. i. A.
Eucraton corpus quod dicatur. fo. xvij. ij. B
Ex similitate de solo naso iudicandū. fo. xly. i. A

TIS OPERIS.

Error alius in iudicādis tēperamētis fo. xlvi. ī. B

F.

Frigidam temperiē nec humidam necessario esse
nec siccā.

folio xvij. i. C

Florescētis etatis temperies. fo. xxv. i. A

Fibræ temperies. folio eodē. i. A

Fibræ variæ folio xxxij. ij. C

Flauæ bilis temperies. folio xxxij. i. C

Formatricē vī artificē facultatē esse fo. xluij. ī. A

Frigida per naturam immodec calefacta vim su
am amittere. folio lviij. i. A

H.

Humidum & calidum temperamētum esse pes
simum fo. viij. i. A

Hominis cutē mediū esse in calido fri. humore

& sicc. proprieq̄ eā quæ i manu est fo. xix. ī. B

Habitus hirsutus & glaber quam temperiem co
mitentur. folio xxxvi. i. B

Hypophora de pilorū generatiōe folio eo. i. C

Hippocrates folio lxyij.

Hipophora & Solutio. folio lxix.

Hippocratis dictum , & eiusdem nonnulla pro
babilitas folio. eodem

Hepialos quæ vocetur. folio lxxi.

I.

Iusticia quid. folio. xiiij. i. B

Intemperies quæ in altera tantū oppositione ex

ELENCHVS SEQVEN

- cedunt, quo loco ponendæ. fo. xvij. ij. C
Intemperies duplex. fo. xxxv. i. C
Intēperamēti quod itra sanitatē sit, nota. f. eo. ij. A
Internarū particularū tēperiē ex fūctiōib⁹ digno-
scēdā, tū ex cōtinētiū eas partiū affectu. fo. xli. i. C
Inæquales esse temperies in regiōibus intēperatis
Inæqualem esse tēperiem partiū quæ (fo. eo. ij. A
phlegmone laborant. fo. xlviij. i. C
In ijs quæ potestate calida, frigidave sunt, tria ge-
nera spectanda. fo. lv. ij. A
Iuniores medici in quo fuerint falsi. fo. lix. ij. A
In explorādo medicamento aliud quiddam obser-
uandum. fo. lxij. i. C
In phlegmone duplīcē esse affectum. fo. lxij. ij. B
In explorando medicamento aliud obseruandam
folio eodem. (fo. ij. C.
In phlegmone quis sanguis primum calefiat quis
deinceps. fo. lxxij
In corpore quod phlegmōe laboret quid maxime
inflāmetur quid deinde. fo. eodem
Indolescentiæ in hecticis causa. fo. lxix.
Inæqualitas tēperamēti in sanis indolēs est. fo. eo.
Inæqualis intēperamēti generādi varie rōnes. f. lxx
In hepialis cur frigus et calor simul sētiant. fo. lxxi
In accessionum inuasione febricitantes aliquos fri-
gus et calorem simul sentire. fo. eodem.
In lipyrījs vtruncq; perpetuo ita vt in accessionibus

TIS OPERIS.

- L** sentiri. fo.eodem.
Lactuca cur somno conduceat. fo.lx.i. A
Lactucæ succum liberalius sumptū, similem vim
habere cū papaveris succo. fo.lx.i. A

M

- Molles et duræ manus ad quid aptæ. fo.xxi. i. A
Membranæ temperies. fo.xxxij. i. A
Medius siue eusarcos, quis fo.xij. i. A
Mediū in toto animalium genere. fo.xi. ij. C
Medium in hominē specie. fo.eodem. ij. C
Mediocriter calens sit oportet, quod siccum humi
dumve iudicabis. fo.xix. i. B
Miningon siue membranarum cerebri temperies
Medij cartilaginis et ligamēti (folio. xxxij. i. A
corporis, temperies fo.eodem . i. B
Melancholica temperamenta ynde. fo.xvi. i. C
Melancholicus, quis fo.xvij. i. A
Melancholici futuri, qui fo.xvi. ij. A
Medicamentorum natura duplex fo.li. ij. B
Medicamentorū tertia quedā species. fo.eo. ij. B
Medicamentorū quarta species fo.eo. ij. C
Medicamentum Medeæ fo.lj. i. B
Medicamenta tantum, quæ sint fo.lvi. ij. A
Medicamentum quando tepidū applicandū sit,
quando frigidum fo.lxij. i. B
Miscere simplicia corpora humani facultatis non
esse, sed dei uel naturæ fo.xix. i. C

ELENCHVS SEQVN

- Neruorum temperies folio xxxij. ij. A
Notæ discernēdi a vētriculo ne,ā aliūde. f. xlij. i. B
Nihil nutritre nīsi quod tota substātia rei alendæ
mutauit folio.li. i. A
Nutritionē esse assimilatioēm perfectā fo.li.i. B
Nutrimentum triplex folio lij. i. A
Nutrimētū corpus calefacit. fo. eōdē. i. A
Noīe naturæ quid intelligat Galen⁹ fo.lviij. i. B
O

- Opiniones de temperamentis folio i. ij. A
Opinio quædā fo.eo.ij. A. Opinio alia fo.eo.
Opinonis rationes folio ij. i. A. C
Opinionis alterius rationes folio iiij. ij. A
Opiniones quo peccent folio. iiiij. i. B
Opinio seſtatorum Athinei folio v. i. C
Opinionis Athinei seſtatorū error fo.vi.i. A
Os ſiccū quēadmodū abſoluto ſermōe dicāt f.xij
Occasio erroris circa ſenū tēperiē fo.xxv.i. B. C
Oſſis temperies folio xxxij. i. B
Opiniones de notis ab oculis. fo. xluij. i. C
Oēm cibū tā agere ī noſtrū corp⁹ q̄ pati. f.lx.i. C
Obſeruādū in explorādo medicamēto fo.lxij. i. C
Omne immodicū excessū ad aliquid eſſe fo.lxx.
Oēm febrē preter hec tīcē a laborāte ſetiri fo.eo.
P.
Plāta vel aīal qñ optīe ſehabere dicāt. fo. xiiij. i. A
Polycleti ſtatua . . . folio xx. ij. B

TIS OPERIS.

- Particularū omniū tēperamenta. fo. xxxij. i. A
Parēchyma f. xxxij. i. B. Pili tēperies f. xxxij. i. B
Pituitae temperies folio eodem. i. C
Pīguis macerue, cōsuetudinis alicui⁹ rōe quis fo.
Pilorū generādorū rō. fo. xxxvij. i. B (xxxiiij. i. A
Pili nigri vñ. fo. eo. ij. B Pili flaui vñ. fo. eo. ij. C
Pili albi vñ fo. eo. ij. C Pili rufi vñ fo. eo. ij. C
Pili crīspi vnde folio eodem. ij. C
Pili in capite supercilijs cilijsq; cur nobiscū cōge-
niti fo. xxxviij. ij. C
Pili capitī et superciliōrū cur subrufi. f. xxxix. i. A
Pili cur boni sint incremēti & crassi. fo. eo. i. A
Pituitā ex cibis esse nō ex corpore fo. xlvi. ij. C
Pituitosus ab excremētis quis. fo. eo. ij. C
Pōtestate esse quid sit. folio xlviij. i. B
Poteſtatis aliud genus folio xlix. i. A
Pituitam etiam cum a uenis detrahitur frigidam
ſentiri folio lvi. ij. B
Piāte calida, ī duplīci ſtatū vētris examinata folio
Proprietatē quādā tēperamēti cuiq; (lx. ij. C
naturæ esse, quæ cum alijs naturis cōſentiat, ab
alijs diſſentiat. folio lxi. i. A
Per ſe, & primū, & nullo intercedente idem ſig-
nificare folio. Ixiiij. i. C
Propriā p̄bationē ynā eſſe in ſingulis fo. eo. ij. C
- Q
- Quomodo respōdēdū ad interrogatiōnē cui⁹ tē-

ELENCHVS SEQVEN

- peramentū sit homo vel bos fo. xiiij. ij. A
Quæ temperamenta comitantur ut duricies, mol
licies, crassitudo, gracilitas fo. xxxiiij. ij. A
Qui fāmē meli⁹ ferāt et qui difficulti⁹ fo. xxxiiij. i. B
Quæ hieme delitescunt, cur pinguia fo. eo. ij. A
Quibus adeps caroç pari modo aucti, qua sint
temperie fo. xxxv. i. A
Quibus adipis plus, qua sint temperie fo. eo. i. A
Quibus carnis plus, qua sint temperie fo. eo. i. B
Quæ tēperamētis in pilorū differentia pro etate,
regiōe, et corporis natura contingāt, fo. xxxvij. i. C
Quales sint calidū tractū habitatiū pili, fo. eo. i. C
Quales humidū incolentium pili. fo. eodem. ij. A
Quales tēperatā plagā incolētiū pili. fo. eodē. ij. A
Quales infantium pili. fo. eodem. ij. A
Quales epheborū et puerorum pili. fo. eo. ij. B
Quales pro corporum naturis pili. fo. eo. ij. B
Quales in frigida regione hoīes. fo. xli. ij. B
Quæ putrescunt, quo calore caleant fo. xlj. i. A
Qui meridianā plagam incolunt ad citio calore,
calere, proprio frigere. fo. eodem. i. A
Quid in uentriculi temperamento noscendo ad-
uertendum. fo. eodem. ij. A
Quod calefacit non omnino siccare. fo. xlviij. i. B
Quod actu est, perfectum esse, quod potestate
imperfectum. fo. xl viij. i. C
Quæ maxīe proprie ptāte eē dicant. fo. eo. ij. A

TIS OPERIS.

Quæ secunda rōe potestate esse dicant̄. fo.eo.ij.B

Quatuor esse totius corporis facultates fo.l. ij.C

Quatuor corporis facultates a tota substantia ma-

Quod nutriet necesse est in cō- (nare. fo.eo.ij.C

coquēdi iſtrumētis aliquādiu sit moratū. f.li.i.C

Quæ assimilentur nutrimenta, reliqua medicamē-
ta vocari. fo.eodem. ij. A

Qui morbi īmodicū vini potū comitēt̄. fo.liij.i.B

Quæ corp⁹ nostrū non calefaciūt̄ sed refrigerant,
hæc e corpore non vinci. fo.ly.i.B

Quædā dum concoquntur refrigerare, postquā
sunt percocta calfacere. fo.lix.i.C

quando nutrimentum aliquid sit, et quando medi-
camentū, et quo genere nutrimētū. fo.lx.ij.B

Quando a nobis et quando ab externis faciendū
sit iudicium. fo.lxi. ij.A

qua ratiōe frigidum calefaciat. fo.xliij.i.B

Quēadmodū ~~ωντη άθεια~~.i. nūc; defientis affecti-
onis dogma uideri verum possit. fo.lviij.ij.B
quorū interposita spacia nō cernant̄. fo.lxvi.

Quando doleant corpora
quid citi⁹, et quid tardius alteret̄ tum generatim
tum membratim. S fo.lxvij.

Sustātia ſipliciter quō eucratos dicat̄. fo.xiij.ij.B

Suirps vel aīal quō dicat̄ eucraton. fo.eodem.ij.C

Senium frigidissimum esse, fo.xxv. ij.C

Siccum esse senium, fo.eodem.ij.C

ELENCHVS SEQVENTIS OPERIS.

Temperaturæ æqualitas in animalibus & plantis
quæ sit . . . folio xiiij.i. C

Temperatissimi hominis notæ fo. xx. i. B

Tēperatissimū hoiēm eufarcō oīo esse. fo. eo. ij. C

Tact⁹ exercitandi ad calorem in varia materia dis-
cernendum, ratio folio xxx.i. C

Tēperamētū cerebri & pulmonis fo. xxxij.i. B

Tēperamētū ossis & medullæ fo. eo. i. C

Tēperamētū partium cerebri fo. eo. i. C

Tēperatos habit⁹ si modice exercitent̄ eufarcos

Tota substātia quæ sit f.li.i. A(eē fo. xxxiiij.ij. A

Tactū eū qui iudicaturus sit, oīs acquisititi⁹ calo-

ris vel frigoris expertē esse debere fo. lxv.

Termin⁹ alterationis quis statuendus fo. lxix

, , , , V. , , , ,

Ver calidū et humidū vnde putatū. fo. ix. ij. A

Vt vermis siccus, cū similibus loquelas, quomo-
do accipiendum folio xi. ij. B

Venæ latæ, caloris signū, agustæ cōtra. fo. xxxiiij.

Vētriculi tēperamēti notæ fo. xlj.i. C ij. C

Vinū celerrime nutritre ac roborare folio li.i. C

Vinū cur valēter corp⁹ calefaciat fo. lij. i. C

Vlcerū sponte nascentiū causæ fo. liij. i. B

Venas et arterias in phlegmone preter cætera va-
rie dolere folio Ixvi.

Victa fluxione quæ deinde curatio folio Ixvij.

(:) FINIS. (:

GALENI PERGAMENSIS

De temperamentis, Liber primus.

Thoma Linacro Anglo interprete.



Onstare animalium corpora ex calidi, frigidi, sicci, humidique mixtura, nec esse horum omnium parē in temperatura portionē, demonstratum antiquis abunde est, cum philosophorum, tū medicorum præcipuis. Diximus autem & nos de ijs, ea quae probabilia sunt uisa alio opere. In quo de ijs, quae Hippocrates constituit elementis, egimus. Hoc opere, quod illi proxime succedit, omnium temperamentorum differentias, quot haec, qualesque sint, siue generatim quis, siue membratim diuidat, inuenire docebo. Sumamque ab ipsa nominum interpretatione principium. Cum namque ex calidi, frigidi, sicci, & humidi, temperatura confluari corpora dicunt, de ijs, quae summo gradu sic se habent, ipsis scilicet elementis, aere, igni, aqua, terra, intelligendū aiunt. Cum uero animal, stirpemue calidam, humidam, frigidam, uel siccum esse, non item. Neque enim ullum animal, aut calidū in summo esse posse, ut est ignis, aut in summo humidū, sicut est aqua: pari modo nec frigidum, siccumue in summo. Sed ab eo quod in mixtura pollet, appellationē sortiri,

A uocātibus

uocantibus nobis id humidum, in quo maior est
humiditatis portio, siccum, in quo siccitatis. Ita uero & calidum, in quo calidum frigido plus ualet,
frigidum uero in quo frigidū calido præstat. Atq; hic quidem nominum ulus est. Nunc de tempera-
mentis ipsis agendum. Eorum igitur, qui tum me-
dorum, tum philosophorū maxime illustres fue-
re, plurimi sane opinati sunt humidum calidumq;
temperamentum ab humido & frigido diuersum
esse. Ac tertium ab hijs siccum & frigidum, diuers-
sum a siccō & calido. Nonnulli tamen eorum humili-
dum simul ac frigidum temperamentum quoddā
esse concedunt, atq; etiam ab hoc alterum calidum
siccūq;. Nō tñ aut humidū simul & calidū, aut frigi-
dū pariter & siccū tēperamētū esse. Necq; enī posse
aut humiditatē cū abundāte calore, cōsistere, aut cū
frigiditate siccitatē: quippe abs summa calido, cum su-
perat, humiditatem. Itaq; fieri, ut calidum simul &
siccum corpus euadat, Eandē ubi imbecillus in cor-
pore calor est, incoctā, imperfectāq; manere, quo
fieri, ut calido uincente, sequatur siccitas, frigido su-
perante, humiditas. Atq; hijs quidem his rationibus
nixi, duas tantū esse tēperamētorū differētias opi-
nan̄. Qui uero ea quatuor autumant, bifariā his cō-
tradicunt. Alij statim id qd' primū petūt negantes,
nēpe qd' necesse sit humorē a calido superāte dige-
ri. Alij cōtra id quidē assentiuntur, sed alia rōne dis-
sentientiunt.

2

sentiunt. Ac priores quidē calidi minus esse , ut calefaciat, assuerat, frigidū ut refrigeret, sicuti rursus sicci, ut siccet, & humidi, ut humectet. Proinde corpora , quae calida siccacq; natura sint, quemadmodum ignis, ea quatenus calida sunt, excalfacere, quatenus siccā siccare. Quae humida calidaq; sunt, uelut calēs aqua, hæc nō humectare modo , sed etiā calefacere posse, utrāq; qualitate hic quoq; unū opus, idq; p; priū obtinet. Haudquaq; igit̄ cōcedere se, si quid calefaciat, idē p̄tinus & siccare, imo si calor humidi tas sit adiūcta , nō calfacere modo, sed etiam humectare. Quemadmodū balneū dulcis aquæ. Sin sicciti calidum, ita etiam siccum corpus sit, ueluti ignis, statim id tū calfacere , tū uero siccare . Nō tamen id calor referendū acceptū, sed siccitati, quae simul est cōnīcta. Admonēt aut̄ hoc loco nos de his, qui sub estiuo sole diutius sūt uersati, atq; ita, ut credibile ē arefacti, ac totū corpus siccū, squallidūq; habēt, ut clerabiliterq; sitiūt. Quippe remediū his expeditū, & facile dicūt, nō utiq; si biberint, sed si calidæ, & dulcis aquæ balneo utant̄, tāq; hūiditate, siue ea cū frigore sit, siue cū calore, suū munus obire ualente. Quippe hūectare ea quae cōtīgat . Ad eūdē modū & siccitatē sēper aiūt siccare, boreā enī qui siccus & frigidus sit uētus, oīa siccare ac refrigerare, idq; esse dictū ab Homero, ut uero humētē desiccat̄ p̄tinus agrū autūni boreas. Pari mō & ~~pampinus~~ lachrymā,

A ij & alia

& alia sexcenta pharmaca siccare pariter & refrigerare. Itaque non esse necessarium, liquid frigidum est. idem protinus & humidum esse. Nec liquid calidum, idem statim & siccum. Nec igitur calidum temperamentum necessario esse siccum, immo posse aliquando in animalis temperamento calidum quidem plus ualere, quam frigidum, & humidum, quam siccum. Quin etiam tum generationem, tum alterationem, tum mutationem, ex contrariis in contraria fieri. Quis enim est, qui si dixerit album alteratum, demutatumque esse, propterea quod factum sit calidum, non sit ridiculus? Cum postulet ea ratio, non eam, quae est in calido & frigido, sed quae est in colore, mutationem. Mutatur enim quod album est, in nigrum, & quod nigrum est, in album. Rursus quod calidum est, in frigidum, & quod frigidum est, in calidum. Ad eundem modum, & quod humidum est, in siccum, & quod siccum est, in humidum. Quippe si dicas alteratum corpus esse, propterea quod cum prius esset humidum, nunc sit album, uel cum prius esset siccum, nunc sit nigrum, parum compos mentis uidearis. Sin quod prius erat humidum, nunc factum esse siccum, aut quod prius erat nigrum, nunc effectum album, aut etiam ex calido frigidum, aut ex frigido calidum, utique sapere & conuentientia dicere censearis. Quod enim mutatur, quatenus mutatur, eatenus cedere in contrarium debet.

3

debet. Siquidem siebat hic, aut fit musicus, ex non
musico dicimus: & grammaticus, ex non grammati-
co: & rhetor, ex non rhetore. Ex musicō uero grā-
maticum, aut ex grammatico musicum, aut ex alio
quod diuersi sit generis, fieri aliquid dicere, sane est
absurdum. Potest enim qui prius erat grāmaticus,
nunc musicus esse, utiq; si musicen grāmaticæ adie-
cit, nec grammaticam abiecit. At qui siquid acquisi-
uit, priore etiam manente, cui non patet, non esse al-
teratum in eo quod manet. Ita non ex grammatico
factus est musicus. Quippe nunc etiam grammati-
cus est, sed ex non musicō, musicus. Non enim po-
test postq; musicus est factus, etiam non musicus
manere. Cum igitur omnis mutatio, & ab contra-
rijs, & ex contrarijs fiat in contraria, manifestum
est etiam humidum si quatenus humidum est, mu-
tetur, tum ipsum siccatum iri, tum quod id siccet, sic
cum dicendum esse. Desinat igitur inquiū dicere,
non posse calidum, & humidum temperamentum
esse. Quippe calidum simul & frigidum esse idem
temperamentum, aut humidum, & siccum non po-
test. Cum fieri nequeat, ut in eodem tempore con-
trariæ qualitates una consistant: humidum uero si-
mul & calidum, præterea frigidum simul ac siccū,
profecto in eodem consistere possunt: sicuti tum ra-
tio ipsa monstrauit, tum quæ paulo supra proposi-
ta sunt exempla. Ac talis quidē est prioris propo-
sita

A iij sitarum

sitarū partiū oratio. Altera pars negat alienū a ratio-
ne esse, etiā si calidū efficacissimū e quatuor sit, ita
ut nō in frigidū modo, sed etiā in humidum agere
possit: esse tamen temperamenū, quod calidū sit,
& humidum, utiq; cū in primo statim animatis or-
tu, humoris simul, calorisq; copia in idē coeant. Ra-
tio uero horū non illud efficit, quod nequeat aliquā
in eodē corpore humidi plus esse, q; sicci, & calidi,
q; frigidi. Sed quod sub eiusmodi statu durare per-
petuo non possit. Quippe digesto semper per ca-
lidum humore, spatio etiā siccū corpus effici. Atq;
pro calido & humido, calidum siccumq; reddi. Iā
hoc ipsum quod calidū & siccū est redditum, pro-
cedente tempore frigidū siccumq; fore: ubi enim
omnē eiusmodi corporis humorē calor absens
psit, ipse quoq; (inquiunt) marcescere incipit, desti-
tutus scilicet alimento, quod ipsum accēderat. Ne-
que igitur mirū putant tum inter initia, statim ut gi-
gnitur animal conuenire in idem, aut humidū plus
sicco, aut calidū plus frigido, tum tēporis proces-
su, qd' prius erat calidū & humidū, postea posse
calidū esse & siccū, æque ut postea quæ sicca erat,
calidaq; tēperies, ubi calor ipse extictus est, frigidā
siccāq; euadere. Ergo est quidē aliquā tēperamētū,
qd' calidū sit & humidū, ac rursus aliud qd' frigidū
sit & siccū, ex istis confirmat: Nō posse aut tēpera-
mentorū differētias plures esse, q; quatuor, ex his
docere

4

docere conant. Cū enim quatuor statuū tur̄ qualita-
tes, quæ in se agere inuicē patiq; possint. Nempe
calor, frigus, siccitas, humiditas, oppositiones exi-
stere duas, alterā in qua calidū aduersatur frigido,
alteram in qua humidū pugnat cum sicco. Eoque
quatuor non amplius effici coniugationes. Quip-
pe sex fieri, ex quatuor inter se copulatis, coniugia.
Quorum duo subsistere nō posse. Cū necq; humili-
dum pariter & siccum, nec calidum simul & frigi-
dum dari corpus possit. Reliquas igitur esse qua-
tuor temperamentorum coniugationes, duas humi-
das, & duas siccias. Atque has calore, frigoreque di-
uisas, hæc sunt quæ elegantissimi eorum, qui ante
nos fuere, tum medicorum, tum philosophorum
de his dixere. Quæ uero mihi prætermisſe uiden-
tur, nunc adiiciendum reor, unum igitur & primū
id est, quod temperatam naturam, quæ tamen nō
uirtute modo, sed etiam uiribus reliquis praestat,
non aduerterunt. Immo tanq; nulla sit, prorsus omi-
serūt. Quanq; ne loqui quidem de reliquis aliquid
sine hac docuerūt. Quippe quod uel in calida tem-
perie calidū præualeat frigido, uel in frigida tēpe-
rie, frigidū præstet calido, id ne intellexisse quidem
est, nisi prius ponatur eucratos siue tēferata, necq;
enī alio q; ad hāc teperatā naturā sunt intēti cū sanita-
tis tuendæ uictū inuestigāt, calidius insto corpus
iubentes refrigerare, uel frigidius excalfacere, uel
cursus

ruris humidius siccari, uel siccus humectari. Scilicet quo temperatum quendam mediocremque statum efficiant, id quod minus est ei, quod exuperat semper aequantes. Ergo quem assidue persequuntur, & quo semper respicientes intemperatos status corrigunt, hunc ego quidem primum omnium statui censuerim. Hi uero tantum abest, ut eius uel meminerint, ut etiam totum praetererant. At non praterimus inquiunt ex his aliqui. In calido enim & humido comprehēditur. Et quomodo non quinque esse in totum temperamenta dixistis: sed quatuor, si modo optimum non omisisti? Quippe duorum alterum, aut ex intemperatis statibus necesse est unum esse omissum, aut ipsum temperatum. At ego quidem ex his, quae statuunt, temperatum ipsis praetermissum certe scio: ubi enim calidum & siccum, uel frigidum & humidum, uel aliud quodvis temperamentum nominant, non utique summas a nobis intelligi qualitates postulant. Immo ex ijs, quae superant fieri appellations uolunt. Quod si temperatum statum omitti nolunt, certe reliquorum aliquem omisisse conuincetur. Sit enim sicut ipsi uolunt, temperatus status, is qui calidus est, & humidus. Omissus igitur illis plane est, is qui frigido intemperamento aduersetur, & sicco. Nempe in quo humidum pollet & calidum. At idem inquiunt is est. At qui fieri potest, ut simul exuperet calidum, & non exuperet:

5

exuperet, & superetur frigidum, & nō superetur?
Si enim temperatus status est, neutrum alterū immode-
dice exuperat. Sin intemperatus, necesse est exu-
peret altera oppositionum pars. At hoc ipsum in-
quietat temperati status proprium est, ut in ea cali-
dum præstet frigido, & humidum sicco. Quippe
si frigidum modice quidem uincat, non esse com-
modum temperamentum. Sin amplius exuperet,
iam utiq; morbum existere: æque ut si uehementer
exuperet, mortem. Adeundem modum de sicco
iudicandum. In principio quidem existere intem-
periem. Si amplius augeatur, egritudinem, si pluri-
mum exuperet, mortem. Ceu uero de calido & hu-
mido non idem sit iudicium. Quis enim non dicat,
ubi uel calidum frigido, uel humidum sicco paulo
quidem plus ualet, intemperiem ita fieri, ubi ampli-
ter exuperat, morbum, ubi plurimum, mortem? Si
quidem eadem est utrobiq; ratio. Alioqui nec qui
calidi humidic; immodice status sunt, eos uitio de-
mus: nec qui calidi morbi cum humore immodi-
co consistunt, eos esse morbos fateamur. Huic sen-
tentiae aduersantes quidam Attalensis Athenei se-
ctatores, negant aut calidum humidumq; statum
uitio dandum, aut morbum ullum inueniri, qui ca-
lidus sit & humidus. Sed omnino qui uel calidus
sit & siccus, ut febris, uel frigidus & humidus, ut
aqua intercus, uel frigidus & siccus, ut melancolia.

B Faciunt

Faciūt hīc & de anni temporibus mentionē. Quo
rum hiemem frigidam esse atq; humidam dicunt.
Estatem calidam & siccām. Autumnum frigidum
& siccum. Ver autem tum temperatum, tum ue-
ro calidum humidumq; appellant. Ad eūdem mo-
dum, & ex ætatis puerilem quidē temperatam
esse, tum uero calidam humidamq;: porro iudicari
autumant eorum temperiem ex naturalibus actio-
nibus, quæ illa ætate maxīe sint firmæ. Sed & mor-
tem aiunt animantium corpora ad frigidum siccū-
q; perducere, Quippe mortuos Græce & Bārtac,
uocari, quasi nihil humoris in se habentes. Vt pote
tum caloris abitione eo exhaustos tum frigore ri-
gentes. Quod si, inquiūt, mors talis ast naturæ, cer-
te uita, cum sit illi cōtraria, calida est & humida. At
uero si uita calidum quiddam atq; humidum est,
omnino quod illi simillimum temperamentum est,
id optimū necessario est. Quod si est, neminē late-
re, idem quoq; temperatissimum esse. Sic in idem
recidere calidum humidumq; statum, cum tempe-
rato, nec aliud esse temperatum, siue eucraton sta-
tum, q; caliditatem simul & humiditatem pollētes.
Atq; Athenei quidem sequatiū h̄x sunt rationes,
uideturq; & Aristotelis philosophi, & post cum
Theophrasti, & Stoicorum eadem esse quodam
do sententia. Ita testium quoque numero nos terri-
tant. Ego uero quemadmodum Aristoteles de ca-
lidahu-

6

Si ida humidaq; temperie senserit, in progressu si res postulet, fortasse explicabo, uident enim eū nō recte accipere. Nunc id agam, ut eos qui sic sentiunt, in quo seipso fallant, doceam. Mox rem totam in unum coactam caput demonstreim. Cum enim calidum, & humidum, atque etiam eucraton existimant uer esse, hic se manifeste decipiunt. Nam neque humidum est sicut hiems, neque calidum sicut aestas, quare neutrum immodice. Cum tamen ipsis autoribus excessum quandam indicet quoduis talium nominum. Bifariam autem sunt decepti, primum quidem quod in quatuor anni temporibus, quartam temperamentorum coniugationem inuentam omnino uolunt. Deinde quod id ea ratione concludunt, quod sit hieme quidem calidius, aestate uero humidius, uerum nec quartam in temporibus anni statuere temperamenti coniugationem est necesse, nisi etiam talis apparet, & contulisse id cum temporibus uiriusq; possitis, non magis id humidum & calidum, quam frigidum probat & siccum. Si enim calidum humidique excessus cuiusdam nomina sunt, non potest, nec ipsis quidem autoribus, uerum esse quod uer in omnibus mediocre sit. Si autem eo quod aestate humidus est, hieme uero calidius, idcirco humidum est & calidum. Quid.

B ij causæ

causæ est, quo minus frigidum id siccumq; putas.
propterea quod æstate est frigidius, & hieme sic-
cius: vel quam sibi facit fortitionem, ut unam partē
oppositionis ab hieme, alteram ab æstate accipiat.
Quippe cum ab utroq; in utraq; oppositionum
parte dissideat, non ex dimidio collationem, sed ex
toto habere debebat. Atqui si ita fiat contraria illi
inesse dicemus. Nam calidum erit & siccum, si con-
feratur cum hieme, frigidum & humidum, si cum
æstate. Ex neutra igitur collatione, si modo inte-
gra est, calidum & humidum erit. Sed si illis licet ex
utraq; oppositione sumpto dimidio, calidū id hu-
midumq; asserere, nobis quoq; ad alterum dimi-
dium transire, atq; id frigidū & siccum dicere, quid
ni licebit. Scilicet siccum, ut ad hiemem, frigidum,
ut ad æstatē. Omnia igitur hac ratione uer erit, hu-
midum, siccum, calidum frigidum. Atqui illorum
ipsorum sententia, non possunt quatuor qualitates
eadē in re pollere. Ergo neq; æstati, neq; hiemi uer
comparare est æquū. Sed potius ipsum per se est i-
nire. Neq; enim hieme in ipsam ea de causa humi-
dā inesse, & frigidam dicimus, quod reliquis tem-
poribus humidior frigidiorq; sit. Immo id illi alia
quoq; ratione accidit. Sed quod humiditas in ea su-
peret siccitatem, & frigiditas calorem, propterea
frigida dicitur, atq; humilida. Ad eundem modum
& æstas, quā in ea humor uincitur a siccō, & fri-
gidum

7

gidum a calido , ipsa quoq; calida dicitur & siccata.
Siquidem æquum censeo quatuor anni temporū
quodlibet ex suapte estimatum natura, non ex alteris
rius comparatione calidum, frigidum, humidum,
siccum uero nominari debere . Quin etiam si ad hanc
formulam estimes, apparebit tibi uer esse omnis
excessus plane in medio . Cum necq; sicut in hieme
plus ualeat in eo frigidum q; calidum, necq; sicut in
æstate, minus. Ad eudem modum siccitatis humi-
ditatisq; æquabilitatem in eo spectes. Necq; scilicet
in eo sicut in æstate præualente siccо, necq; sicut in
hieme, exuperante humido. Proinde recte ab Hyp-
pocrate est dictum: uer esse saluberrimum, ac miri
me morbis, qui mortem afferant, obnoxium. Est
& autumnus ut q; aetas minus calidus, sic utiq; q;
hiems minus frigidus. Quare hac ratione nec cali-
dus absoluto sermone est, nec frigidus. Quippe cū
ambo sit, ac neutrum ad summum. Ceterum alterū
in eo est incommodeum. Quod etiam Hippocra-
tis illa sententia significauit: Cum eodem die modo
frigus nos afficit, modo calor urget, autumnales ex-
pectandi morbi sunt. Atq; ea res est, quæ maxime
autumnū morbiferū facit, inequalis ipsa temperie.
Itaq; non recte frigidus, siccusq; dicitur. Nō enim
frigidus est, si ipse per se spectetur, qd' tamen hiems
est. Sed ubi cum æstate confertur, utiq; illa frigidis-
or; sed nec æquabiliter temperatus, sicut uer. Intra-

B iiij in hoc

*autumni regie
Anno 1578.*

in hoc maxime ab illo tempore dissidet, quod mediā temperiem & equalitatem perpetuo parē nō seruat. Quippe meridie multo est calidior, ēq̄ manē aut uesperi. Nec in humido & sicco medium omnino statum optinet, quemadmodum & uer. Sed ad siccus deuergit. Ab aestate uero etiam in hoc uincitur. Non tamen tanto interuallo, quanto in calore. Ergo patere arbitror, nec autumnum absoluto sermone, & citra exceptionem frigidum & siccum, si-
cut illis placet, dicendum esse. Cum neutrū ad sum-
mum sit, sed uiincat in eo siccitas humiditatē. Qua-
re ratione merito siccus appelleatur. In calore uero &
frigore, mixtum quiddam ex ambobus, & inequale statuatur. Proinde si quatuor temperamenti orū coniugationes in quatuor anni tempora distribui uolunt, sciant se non solum ueri, calidum, humidūq; statum male assignasse, sed etiam autumno frigidū & siccum. Quanq; si hunc quoq; cōcedamus frigidum & siccum esse, non erit statim necesse uer hu-
midum calidūq; esse. Non enim si quatuor in tem-
perie coniugationes in totum sunt, iam omnes eas in quatuor anni tempora dispensari necessum est. Sed si quis hoc in mundo est ordo, ac prout melius est, non prout peius omnia sunt disposita, pro-
babilius sit plura quidem ex anni temporibus tem-
perata esse facta, unum uero, si modo aliquod, intē-
peratum, hi uero contra ostendere conantur, nul-
lum eorum

B

lum eorum esse temperatū. Sed necessario in ipsis
exuperare alias calidum, alias frigidum. Et nunc si
ita fors tulit, siccum, nunc humidum. Ego uero tan-
tum abest, ut aut uer, aut si quid temperatum est ca-
lidum atq; humidum dicam, ut quod plane contra-
rium est, id affirmem, omnium aeris temperamēto-
rum pessimum id esse, quod humidum est & cali-
dum. Quod sane temperamentum, in quatuor anni
temporibus inuenire nequeas. In graui & pestilē-
ti aeris statu, interdum incidit, ueluti quodam loco
Hippocrates cōmemorat his uerbis : pluebat per
æstum imber largus assidue. Id namq; est humidi
& calidi status proprium, ut in æstu assidue pluat.
Quod si uel tantum æstus sit, quemadmodum in-
naturaliter se habente æstate, uel pluat. Sed in frigo-
re, ueluti hieme solet, fieri nequit, ut is status cali-
dus sit & humidus. An igit sine morbis erat æstas
illa, in qua pluisse dicit in caloribus largum imbrē?
Atqui carbūculos in ea fuisse narrat, putrescētibus
scilicet in corpore excremētis, ac saniē quandā, quæ
calida humidaq; īmodice fuerat gignētibus. Intelli-
ges id ex ipsa dictiōe, si totā tibi ascripsero ea sic ha-
bet: Erāt ī cranone carbūculi estiui, pluerat per estū
largo ibri, idq; assidue. Acciderāt aut magis austro.
Ac suberat quidē sub cute sanies, quæ cōclusa ī calu-
it, ac pruritū excitauit. mox pusile ueluti ambustus
sunt obortæ, uricq; sub cute sūt uisæ; uerū hic minus
utpote

ut pote uno tantum e quatuor temporibus mutato, malū fuit. Quod si duo, tria uentur mutata, aut etiam totus annus calidus, humidusq; fuerit, necesse est, magna pestilētia succedat. Cuiusmodi in tertio epidemion, id est, grassantium publice morbo ruī narrat. Apponam autem primum, quæ de temporum intemperatiōnē statu scripsit: deinde de hominum, quæ subsecuta est corruptela. Aduertas autem animum in omnibus uelim, estimeſq; primum cuiusmodi res sit calida, humidāq; temperies, deinde cūq; necessario in ea omnia putrefiant. Incipit igitur Hyppocratis narratio in hunc modum: Annus Austrinus pluuius a uentis in totum silens, deinde totius status particularem rationē subiicit, crebros imbres in calido & austriño statu fuisse scribens. Mox uniuersum sermonem in unam summam cōserens. Cum fuisse, inquit, totus annus austrinus humidus, & mollis, hæc & hæc inciderūt, quæ utiq; omnia in hoc libro scripsisse sit longum, licet autem cui libuerit in tertio epidemion membratim ea legere, ac in unum caput omnia redacta uidere: nēpe putredinē maximam. Cuius etiam ipsius Hyppocrates nō raro nominatim meminit. Alias sic scribēs: Erat autem & fluxio ipsa collecta, haud similis puri. Sed alia quædam putredo ac fluxio multa uariacq;. Alias sic: Et in pudendis carbunculi aestuū. tum alia quæ putredines appellantur. Et quod ex hac

pers. regia
caſ. C. Snyd.

9

hac putredine multis quidem brachium, & cubitus
totus deciderit: multis femur uel tura est nudata, to-
tusq; pes. Quin etiam magni ossium carnium, ner-
uorum, articuloru prolapsum inciderunt. Denique
nullum ex affectibus, quos scripsit, inuenias, qui so-
boles putredinis non sit. Quippe cum nec a sicco
putrefieri quicq; sit aptum, nec a frigido. Intelligas
id si carnes & reliqua quaecunq; asservari ab homi-
nibus solent, obserues hæc sale, hæc muria, hæc ace-
ro, hæc alio quopiam ex ijs, quæ siccant, commode
præparari. Deprehendas & Borea, qui siccus natu-
ra & frigidus uentus est, omnia q; diutissime im-
putria durare. Contra putrescere facillime Austra-
no statu. Est enim is uentus calidus & humidus.
Adeo nos totum contra, q; hi, qui calidum & hu-
midum uer autumant decernimus. Cum neq; tale
sit, necq; si esset, utiq; salubre esset, aut sanitati acco-
modum: hi autem & tale esse uolunt, & propterea
etiam saluti erum scilicet utrobicq; peccates, tum in
hijs, quæ sensu percipere, tum quæ ratione est intel-
ligere. Cum sensu id manifeste liceat plane tempe-
ratum aduertere. Nec minus ratione illud inuenire,
quod propterea est aptum sanitati, quod e quatuor
nulla in eo qualitatum exuperet. Quod si uel calidi-
tas eius frigiditatē multo excederet, uel humiditas
siccitatem, ut uarijs putredinibus obnoxium. Sic
omniū anni temporum morbis esset maxime opor-

C tunum.

Bovas
Fontris

tunum. Nunc quatuor qualitatū mixtionis & qualitas, & mediæ temperaturæ eius, & salubritatis sunt causæ. Quid igit̄ medicis, ac philosophis qui-
busdā persuasit, ut calidū humidūq; uer esse iudica-
rēt. Nēpe qd' quatuor tēperamētorū cōiugia qua-
tuor āni tēporibus adaptare uoluerūt. Porro id in-
de accidit, qd' primū oīm tēperamētorū, id est, me-
dium ipsum prætermiserunt. Quin etiā uictuū, me-
dicamentorum, omnium deniq; rerum differenti-
as, in has quatuor cōiugatiōes reducūt, ex quo ma-
nifestū est, quantopere parū rectæ, fallacesq; de ho-
minis natura rōnes, medicationibus obsint. Satius-
q; erat duorū alterū, aut prorsus eiusmodi rationes
non attigisse: sed totū experientiæ cōcedere, aut pri-
us in logica speculatiōe exercitatū fuisse. Quippe
qui nec experiētiæ est attentus, & naturalia theore-
mata aggredit, priusq; rationē, qua hæc inueniat cō-
uenienter exercuit, necesse est in eiusmodi cauilla sit
perductus, ac de euidētibus, ceu is, qui sensu careat,
disputet. Tū Aristotelē testē aduocet, male scilicet
accipiēdo ea quæ præcipit. Hic enī calidū, frigidū,
humidum, & siccum, multipliciter dici nouit. Illi nō
quasi multipliciter, sed quasi ad eundem perpe-
tuo modum dici uelit, accipiunt. Quin etiam is
quod aliquid suo & naturali calore, aut alieno, &
acquisitiō calidum sit, non esse idem indicauit.
Illi hoc quoq; perperā accipiūt. Ad hæc Aristote-
les, itemq;

*sine strictia
origini malu*

2. calidū

10

les, itemq; Theophrastus, quo respicientes tēpera tam intemperatā ue naturā esse, iudicare oporteat, diligenter prodiderunt. Illi ne id quidem intelligūt. Sed cum hos audiunt animal calidum humidumq; dicere, aut puelli temperiē humidā, calidamq; esse, nec quēadmodū ea dicta sint, intelligūt, & stupidi ad quatuor anni tempora rationē transferunt. Ceu uero idem sit, ac non longo interuallo dissidēs propriā alicuius temperiē humidā, calidamq; esse, aut circundati nobis aeris. Necq; enim similiter dicitur animalis temperies calida & humida, sicut aeris temperamentū calidū dicitur & humidū. Quæ igit̄ sit omnium horū occasio iam dicam, clareq; ostendā, his præsertim, qui intenti esse uolant, exiguum errorem in ijs, quæ inter initia logicæ speculatio- nis tradūtur, maximorum errorum occasionem fieri, fortasseque omnibus, quæ uel in cūctis artibus, uel in uitæ actionibus perperam geruntur, sophis- mata succedunt. Atq; hæc quidem sophismata illi uitio succedunt, quod utiq; nō recte definitū est de calidi significationibus. Sed duobus tantū modis dici id putatum. Quorum altero significetur, qđ syncerum immixtum & simplex est. Altero, quod in mixtiōe cū suo contrario, id superat. Quod au- tem & alteram temperiem cum altera conferentes, subinde alteram earum calidam pro eo, quod est calidiorem pronunciamus, id non meminerunt.

C ij Atqui

Atqui ad eum modum animantia ueteribus calida
& humida sunt dicta. Non proprie temperaturæ
gratia, & sermone absoluto. Immo ad stirpes, & de
mortua collata. Quippe demortuis & stirpibus,
animantia calidiora, humidioraq; sunt. Quin etiam
ex animantibus ipsis speciatim inter se collatis, ca-
nis siccior est, homo humidior. At si formicæ uel
api canem conferas, illas sicciores, hunc humidiore
inuenies. Ita idem animans præut homo siccum,
præut apicula humidum fuerit. Rursus ad hominem
collatum calidum, ad leonem frigidum erit. Nec mi-
rum, si ad aliud atq; aliquid comparatum, contraria si-
mul dici de se patitur. Neq; id alienum est, si idem
corpus simul calidum, frigidumq; dixeris. Nisi ad
idem conferens sic dixeris. Quod enim incommo-
dum, si eundem hominem dextrum, sinistrumq; di-
cas; nisi ad eundem conferens ita dicas: Cum ad
alterum dextrum esse, ad alterum sinistrum, nihil sit
absoni. Sic igitur & canis humidus pariter & sic-
cus, præterea calidus simul & frigidus est, non ta-
men ad idem collatus. Quippe ad hominem si cō-
feras, siccus est, ad formicam, humidus. Rursus ho-
minis respectu calidus est, leonis frigidus. Quin
etiam calidus est, ut uiuens, cum mortuus non am-
plius sit calidus. Non calidus, ut ad alterum (si ita
uis) canem comparatus. Atq; haec quidem omnia
per collationem inter se dicuntur. Quæ uero ut in
animantiū

3 fin. agib.
consp.
gonto.

3 cal. 190
canis
gonto.

animantium genere conferuntur. Alia ratione, sicut
ti etiam quæcunq; in aliqua animalium specie. Ca-
nis nanc; ad formicam & apim est humidus, in
animantium genere est siccus. Rursus ipsorum spe-
ciatim canum, hic siccus, ille humidus, alius (ut fas
est cani) temperatus. Ac dictum quidem a nobis
est, in secundo de pulsuum agnitione de tali nomi-
num usu diffusissime. Necesse tamen uidetur nunc
quoc; summatim aliquid, quod ad rem propositā
sit utile, dicendum. Quod absoluto sermone, nec
ad aliud ullum collatum, siccum uocatur, id in solis
elementis est, igni, terraq;. Sicut humidum in aqua
& aere. Ad eundem modum & de calido, frigido
sentiendum. Nullum enim cæterorum prorsus ca-
lidum frigidum ue est, sed sola elementa, quicquid
præter hæc ceperis, ex his mixtis constat. Eoq; se-
cundo significationum genere, calidum, frigidum
ue est, non absoluta ratione, ueluti syncerum, & a
mixtioe alienum. Immo ueluti uel calidum largius,
frigidum partius, uel frigidum largius, calidū par-
tius sit sortitum reliquorum quiduis calidum, fri-
gidum ue dicitur. Ac duo quidem significata cali-
di, frigidi, humidi, & siccii, hæc sunt: alterum ex ab-
soluto sermone loquentium, mixtura carens, & syn-
cerum: alterum ex contrarijs quidem mixtis con-
stans, cæterum ex pollentis in mixtura nomine ap-
pellatum. Hoc genere sanguis, pituita, adeps, uinū,

C iij oleum,

oleum, mel, quicquid his simile est, humidum dicitur. Os, cartilago, unguis, ungula, cornu, pilus, lignum, harena, later, minorem portionem humidi sunt fortita, maiorem sicci. Eoq; eiusmodi omnia sicca dicuntur. Formica uero sicca est, & uermis humidus: scilicet ut sunt animalia. Rursus inter ipsos uermes, alius siccus, alius humidus. Idque uel absolute loquendo, ut uermis, uel alteri cuipiam uermi comparatus. Cæterū hoc ipsum quod dicimus, ut uermis siccus, ut homo calidus, ut canis frigidus: nisi quis recte accipiat, & prius intelligit quid sibi uellet, necesse est omnē sermonem confundat. Est autem recte accipere, id quod in secundo de pulsibus agnoscendis dicitur, unumquodq; secundū genus, uel species non modo calidum, frigidum, humidū, siccum uel etiam magnum, paruum, celere, tardum, aliacq; id genus tunc nominari, cum supra mediocre, mediumq; sit. Verbi gratia, animal calidū cum supra medium temperie sit animal, equum calidum cum supra medium temperie sit equum. Porro in quoque genere specie uel media sunt ea, quae Graece symmetra dicuntur. Quippe quae a summis in eo genere & specie finibus æqualiter distant. Ac genus quidē est animal: species equus, bos, canis. Medium temperie in toto animalium genere, homo est. Id enim in sequentibus demonstrabitur. Medium uero, ut in hominum specie est, quae Graece eufarcon

92

eufarcon uocant, Latine, puto, quadratum. Is por-
to est, quem nec gracilem dicere, nec crassum pos-
sis: sed nec calidum, nec frigidum, nec alio quo quis
noīe ex ijs, quæ excessum defectum ue indicant ap-
pellare. Quisquis super hunc fuerit, is prorsus cali-
dior, frigidior, humidior, sicciorue est. Nomena-
tur aut̄ talis partim absoluto sermone, partim nō ab-
soluto. Absolute quidē loquēti, quoniā calidus, fri-
gidus, siccus, hūidusue esse, minime uni alicui pri-
uatim collatus dicit̄. Ita enim canis absoluto quidē
sermōe, prout uidelicet cuipiā opinio est, animal
siccum dicitur. Nō utiq̄ alicui cōparatus, uerbi gra-
tia formicæ. Non absoluto uero, una quidē ratio-
ne, quod scilicet symmetro, id est, coequali, & me-
dio totius speciei cōparatur. Altera uero, quod cū
eo qd' inter omnia animalia coequale, & media tē-
perie est, quicquid id statuas, confertur. Ergo sā pa-
lam fit, quod unumquodq; eorum, quæ sic dicun-
tur, nos id uel unī cuicuncq; comparantes, calidum,
frigidū, humidū ue, aut siccū, ut ad illud dicimus,
uel in quocūq; genere specie ue sit dictū, ad eius me-
diū referentes. Et specie quidē, ut equo, cane, boue,
platano, cupresso, fico. Generi uero, ut animali, uel
planta, his accedit & tertium significatum, eorum
scilicet, quæ absoluto sermone dicuntur, quæ im-
permixtas summasq; habere qualitates diximus ac
elementa uocari. Quin etiā qualitates ipsas est qua-
do corpo*

do corporibus ijs, quæ affecta qualitate sunt similiter appellamus. Verum de hoc mox agetur. Sed ad rem propositam, cum qualitate affecta corpora trifariam dicuntur, cōsyderandum arbitror in quaç dictiōe, quēadmodū utamur appellatiōibus, utrū ne ut simplex aliquid & immixtū iudicantes, an ue lutī ad symmetron eiusdem generis, uel speciei cōferentes, an uelutī ad rem quamlibet, sicut cum os siccum dicimus, aut frigidum, absoluto ita sermone nominantes, nō adiecto leonis, canis, aut hominis. Palam nanç est, quod ad uniuersam naturā omniū quæ sunt in mundo corporum respicientes aliquid concipimus medium, cum quo conferentes, ipsum siccum dicimus. At si quis leonis, uel canis, uel hominis os siccum esse dicit, liquet hunc rursus ei quod in ipsis animalium ossibus medium est id comparare. Estq; quoniam uniuersorum animalium, alijs magis, alijs minus sicca ossa sunt hic quoç os aliquod in aliquo animalium genere intelligendum, quod media temperie sit, uerbi causa hominis, atq; huic reliqua collata, alia humida, alia sicca appellanda. Iam in ipsis hominibus aliis os siccū, aliis humidum habere dicetur, utiq; ei, qui medius est, ut in hominibus collatus. Quod uero in omnibus quæ sunt, quod medium inter extrema est, id symmetron, atq; in illo genere, uel specie temperatum sit, in omni mihi sermone subaudiendum perpetuo est.

13

pet:io est, quançp sit in dictione omissum. Atq; cū
hæc quidem sic se habeant, ubi aliquis hanc, uel illā
humidam, calidam ue temperiem affirmat, rogan= dus est quemadmodum dixerit, utrū ne hunc quē
piam uni definito comparans Platonī uerbi gratia
Theophrastu, an secundum genus quodlibet, spe= ciem ue collationem faciens. Quippe uel ut homi=
nem, uel ut animal, uel ut substantiam absolute, ter= tium enim significatum cuiusuis talium nominum,
quod simplex esse impermixtumq; diximus, id in= mixtis substantijs non est. Sed in ipsis primis, quæ
etiam uocamus elementa. Ita cum quodq; affecto= rum qualitate corporum trifariam dicat nobis ad
propositam de temperamentis tractationem, duo= bus tantum est opus, ut qui uel ad unum quodli=
bet, uel ad medium eiusdem generis comparemus.
Quoniam autem multa genera sunt, quemadmo= dum utiq; & indiuidea, poterit multis modis idē
corpus, & calidum, & frigidum, & humidum, &
siccum esse. Verum cum uni cuilibet comparatur
admodum manifestum est contraria de eodem di= cere licere. Veluti Dionem Theone quidē, & Men=
none sicciorē Aristone, & Glaucone humido= rem. At cum ad medium eiusdem generis, uel spe=
ci: i fit collatio, hic iam confundi, conturbaricq;, qui
parum exercitati sunt, solent. Idem nanc̄p homo hu= midus simul & calidus esse potest, sed non minus

D siccus

siccus & frigidus. Verum siccus quidem & frigi-
dus ad mediocris temperamenti hominem colla-
tus, humidus autem & calidus, ad aliud quodvis
animal stirpem ue, aut substantiam comparatus,
uerbi gratia ad animal, ut apem & formicā: ad stir-
pem, ut oleam, uel ficum, uel laurum. Ad aliam ue-
ro quampliam substantiam, quae nec animal sit, nec
planta, ut lapidem, ferrum, uel æs. In his uero colla-
tionem, quæ ad hominem fit, ad rem eiusdem spe-
ciei dixeris. Quæ ad apem, uel formicam est, ad ali-
quid eiusdem generis. Simili modo quæ ad stirpē
fit quamlibet. Est enim supra animal stirpis genus,
quemadmodum sene superioris, q̄ stirpium gene-
ris sunt lapis, ferrum, & æs: uocetur tamen pro do-
cendi compendio ad omogenes, id est, rem eiusdem
generis, omnis eiusmodi comparatio. Illud modo
in ea determinatibus nobis quod ubi simpliciter
substantia quæpiam eucratos, siue temperata di-
citur, tum hac alia siccior, alia humidior, & alia fri-
gidior, alia calidior, eo loco eam quæ ex contrarijs
æqua prorsus inter se portione coeuntibus cōstet,
eucraton, siue temperatā nominari. Quæcunq; ue-
ro ab hac deficiunt, superantq; aliquo eam superan-
tis nomine uocari: ubi uero stirpem, animans ue ut
hum eucraton dicimus, nequaq; in ea dictione sim-
pliciter contraria inter se comparamus. Sed ad natu-
ram uel animalis, uel stirpis referimus. Ficū uerbi
gratia

14

gratia temperatam dicentes, cū talis sit, qualis maxi-
me fīcus ē se natura debeat. Rūrus canem, suem,
equum, & hominem, cum eorū quisq; pro sua na-
tura optime se habeat: optime uero se habere ali-
quid pro sua natura ex ipsis functionibus intelligi-
tur. Quippe animal, ac stirpem quamlibet, tū opti-
me se habere diciūmus, cum optime suam functio-
nem obeunt. Fīcus cñim uirtus, bonitasq; est, opti-
mos, plurimosq; ficos afferre. Ad eundem modū
uitis, plurimas optimasq; uuas pendere. Equi ue-
ro, q; uelocissime currere. Canis, ad uenationes
quidem, & tutelam q; animosissimum, ad dome-
sticos q; mitissimum esse. Hæc igitur omnia, ani-
malia dico & stirpes, optimam, mediām q; habere
in suo genere temperiem dicemus, non utiq; abso-
luto sermone, cum paritas exacta contrariorū in ijs
sit. Sed cū ea mediocritas, quæ ad potestatē refer-
tur, his adsit. Eiusmodi aliquid, & iustitiā esse dici-
mus, nō quæ pondere, & mēsura. Sed quæ eo qd'
pro dignitate cōuenit & qualitatē explorat. Est igit̄
temperaturæ & qualitas in omnibus temperatis ani-
malibus, stirpibusq;, non ea, quæ ex pari elemen-
torum cōmixtorum spectatur mole, sed quæ tū ani-
malis, tū stirpis naturæ conuenit. Cōuenit aut̄ alias
ut humidū sicco, & frigidum calido præponderet.
Necq; enim similem habere tēperaturā debent, ho-
mo, leo, apis, & canis. Ergo ad quærentē cuius sit

D ij temperanci;

temperamenti, homo, equus, bos, canis, aliud ut
quodlibet, non est absoluto sermone responden-
dum. Non enim fieri potest, ut qui ad ea, quæ mul-
tis modis sunt dicta, uno modo respondet, non co-
arguatur. Oportet igitur duorum alterum, aut oēs
percensere differentias, aut percontatum prius, de
qua rogauerit, illam solam dicere. Nam si ut in ani-
malibus, cuius esset temperamenti rogabat, ad id
quod medio est inter omnia animalia temperamen-
to respicientes, respondere oportet. Si absolute, at-
cq; ut ad omnem substantiam. Sic iam cōtraria, quæ
sunt in eo comparare inter se oportet atq; aestima-
re, haud quaç; ad actionem temperiem referentes,
sed ad elementorum portiones, si in huic cuiquam
singulatim comparans, rogabat, utiq; ad illud solū
conferendo est respondendum. Iam minus etiam,
si individuorum cuiuslibet dionis, uerbi gratia uel
huius canis, rogemur, quæ nam sit substantiæ tem-
peratura, est simplex danda responsio. Dabit enī
hinc sophistis, ad calumniam occasio non parua.
Nam si calidi esse temperamenti, & siccii dionem
dicat, facile licebit illis, partim hominem quemli-
bet, qui calidioris q; dion sit, & siccioris tempera-
menti proponentibus, ut ad illum humidum, fri-
gidumq; dionē dicere, partim aliud quodvis ani-
mans stirpemue, uerbi gratia leonem, aut canem,
atq; his humidiorem, ac frigidorem asserere dio-
nem.

15

nem. Quisquis igit nec ipse sese fallere, nec ab alio
falli uolet, huic opus est ab his substantijs, quæ
simpliciter calidæ, frigidæ, humidæ, siccæ dicunt
incipere, atq; ita transire ad reliquas. Ac primum
quidem illud ipsum in ijs exploratū habere, ne has
quidem tametli maxime uidentur absoluto sermo-
ne dici, quo minus ad mediocre eiusdem generis
comparentur effugere, ueluti enim canem medio
temperamento esse omnium canum dicimus, cum
pari spatio distat ab extremis, ita substantiam me-
dio esse temperamento dicemus, cum pari modo
ab extremis abest, quæ scilicet & prima omnium
sunt & elementa. Porro aberit pari modo ab extre-
mis, cum ea continet æqualiter inter se mixta. Ergo
quæ supra citra ue hanc, temperies erit, eam calidā,
frigidam, humidam, uel siccā dicemus, simul ei,
quæ media est, conferentes, simul cōtrariorum ele-
mentorum examen in ea facientes. Qua nimirū ra-
tione simpliciter eam calidam, frigidam, humidā,
siccā ue pronunciabimus: ubi uero cum medio
temperamento conferimus, nō simpliciter, sed qd'
ad mediocre eiusdem generis sic se habet. Porro ge-
nus earum substantia est, omnia enim sub hac, ut
superiori sunt genere, tum animata, tum inanima.
Estq; hæc hominis, canis, platani, ficus, aeris, ferri,
aliorum deniq; omnium, commune genus. Sub ea
uero sunt alia genera permulta. Animal quidem,

D iii auis,

auis, piscis: stirps arboris & herbæ: auis, aquilæ &
corui: piscis, lupi & rombi. Simili modo oleæ & fi-
cus, genus est arbor: anagallidos, & peoniae, herba.
Nam hæc ultima sunt genera, coq; species appellan-
tur, corvus, rombus, ficus, anagallis, similiter ho-
mo & hos. Ac supernæ quidem descendantibus,
hæc ultima sunt genera, pnde species dictæ. Infer-
ne uero ascendentibus, ab individuis scilicet substan-
tia, prælia sunt. Indicatūq; alio opere est, merito oīa
quæ media sunt iter prælia & individua genera, simul
genera & sp̄es a ueteribus nominari. Ergo cū defi-
nita significata iā sint, ac clare indicatū, quēadmo-
dū tum absoluto, tū nō absoluto sermone calidū, fri-
gidū, humidū, siccū ue corpus aliquod pronūcian-
dū sit, quærendæ nobis deinceps eorū sunt notæ.
Quāq; hic quoq; decernere prius de nominibus
oportet quæ in habēdo nobis sermone, necessario
incidēt, simul explicare rē quandā, quæ potestate iā
mōstrata prius est, nō tñ ab oībus, qui hos cōmen-
tariorū euoluēt, facile saltem intelligi potest. Itaq; de
noībus prius locutus, mox ad rē reuertar. Quod
calidum, frigidū, humidum, siccū non unū aliquid
simpliciter significant, ubi de corporib; dicunt, prius
est indicatū. Quod aut & solæ ipsæ in cor-
porib; qualitates, citra corpora, quæ eas suscipi-
unt, sic iterim nominent, id quidē, ut nō dū est di-
ctū, ita nūc dici est tēpestiuū, Quēadmodū nomē
albi, tum

16

albi tū de colore enūciāt, cū ita loquūt̄, contrarius ē
albus color nigro, tū de corpore , qd̄ colorē s̄nscri-
pit,cū scilicet oloris corpus albū dicūt . Ita & calidi-
nomē,tū de qualitate affirmāt ipsa,tāc̄ si caliditatē
appellarēt, tū uero de corpore qd̄ caliditatē suscipit.
Quippe caliditatē a corpore qd̄ cā suscipit di-
uersam habere naturā, & propriā existimare opor-
tet,ueluti in opere de elemētis est īdicatū.Et calidi-
tas quidē qualitas est, eadē uero & calidū dicitur,
ueluti & albedo albū.Ipsū uero corpus calidū,unū
hoc nomē tantūmodo optinet,calidū , sicuti albū.
Nūq; tñ caliditas, uel albedo, corpus ipsum dicit.
Ad eūdē modū siccū, frigidū , & humidū , noīant
tū ipsū corpus,tū qualitas . Non tñ corpus frigidi-
tas,humiditas , uel siccitas appellat̄, quēadmodum
quæ ī eo ē qualitas,haec cū sic se habeāt, nō alienū ē,
cū uel caliditatē, uel frigiditatē disputās quis pfert,
nullā exoriri captionē . Quod solae qualitates his in-
dicent noībus . At calidū , frigidum ue cū dicitur ,
quando & qualitas ita,& quod eam suscipit , cor-
pus nominatur,facile fit ei , qui redarguere studet,
ut quod a loquente non signific atur,id quo possit
reprehendere,accipiāt . Eiusmodi enī rem faciūt,
qui sententiam illam , qua dicit Hyppocrates au-
gescentia corpora plurimum habere innatum cali-
dum, oppugnant . Neque enim esse corpus ali-
quod calidum, ipsum innatum aīali calidum intel-
ligentes.

ligentes , necq; id quid sit usquā quarentes , sed de
fola qualitate, quam scilicet caliditatem appellamus
nomen id dici pr̄sumentes , sic dictum eius refelle
re parant . Et iam apparet , quod de homonymia di
stinguere , tamen si sit res parua , tamen in rerum usu
non leuis experitur momenti , uerum cū hoc quo-
cū abunde sit definitum , rursum id quod superest ,
repetamus . Cū humiditas , & siccitas , & caliditas ,
& frigiditas , syncræ quædam , & impermixtæ
qualitates sunt , quæcunq; has suscipere corpora ea
calida , & frigida , siccæ , & humida , prorsus exactæ
q; sunt . Atq; hæc mihi genitorum , & percmittiū
elementa intellige . Reliqua corpora uel animaliū ,
uel stirpiū , uel inanimorum omniū , ueluti aeris ,
ferri , lapidum , lignorum , in medio primorum illo-
rū collocata esse . Nullum enim illorum uel ad sum-
mum calidum , uel ad summum frigidum , uel ad
summum humidum , uel ad summum siccum est .
Sed uel medium prorsus contrariorum , ita ut nihilo
magis sit calidum , q; frigidum , aut humidum q; siccum ,
uel ad alterum contrariorum est propen-
sum , ita ut magis sit calidum , q; frigidum , uel ma-
gis sit humidum q; siccū , ac siquidem medium pla-
ne sit in utroq; contrariorum genere , ita ut non ma-
gis sit calidum q; frigidum , aut humidum q; siccū ,
euclatō id siue temperatum omnino dicetur . Si
alterum contrariorum superet , siue in altera oppo-
sitione ,

17

sitione, siue in utraq; id sit, non etiam dicetur eu-
ceton: Ac si calidum magis sit q̄ frigidum, quod ma-
gis est, id appellabitur. Idem statuendum de sicco,
& humido. Ad eundem modum si frigidum ma-
gis sit, nominabitur frigidum. At si in utraq; oppo-
sitione alterum superet, siue calidum una cum humi-
do, siue calidum simul cum sicco, siue frigidum si-
mul cum humido, siue frigidum una cum sicco, uti-
q; pro uinceti sortietur id corpus appellationem.
Et has quidem quatuor intemperies, ut supra dixi-
mus, plurimi norunt, tum medici, tum philosophi.
Reliquas quatuor, quae ex dimidio harum cōstitu-
tæ sunt, nescio quomodo derelinquunt, sicut etiam
eam, quæ prima omnium, optimaq; est. Cæterum
quod superante calido liceat nihilo magis humidā
esse, q̄ siccā temperiem: quod utiq; ad hanc spe-
cet cōiugationem, id uel ex ijs, quæ iam dicta sunt,
manifestum arbitror, facileq; est etiam si nihil esset
prædictum, id colligere. Concedentibus semel il-
lud saltem, alteram esse temperiem humidam & ca-
lidam, alteram siccā & calidam. Si nanc; necessa-
riū omnino nō est siccā esse, quæ calida sit, sed li-
cet eam & humidam esse, licebit utiq; & medium
esse: propior nanc; siccæ temperaturæ media est,
q̄ humida. Ad eundem modū est & frigida quæ-
dam temperies altera, in qua nimirum frigidū pol-
let; hanc tamen nec humidam esse, nec siccā, est ne-

E cessc.

cesser. Sed potest inter has & media esse. Rursus
enim hic quoq; candem afferes rationem. Nempe
si necesse non est frigidam temperie esse humidā;
sed licet & siccā cam fieri manifestum est, mediā
quoq; esse posse. Quippe quæ uicinior humidæ
est q; sicca. Ergo ueluti duæ intemperies in altera
oppositione sunt monstratae, altera calida tantum,
altera frigida. Sic in altera oppositione duæ aliæ sta-
tuantur, altera sicca tantum, altera humida, medio-
criter scilicet sese habentibus calido & frigido. Ite-
rum nāq; dicemus hic quoq;, sicuti necesse nō est,
si qua tempesties sicca est, hanc protinus calidā quo-
q; esse. Sed fieri posse, ut etiā frigida sit, ita fieri po-
test, ut quæpiā nec calida sit nec frigida. Sed in hac
quidem oppositione eucratos, siue temperata, in al-
tera, sicca. Simili modo nec humidam temperiem
necessere est calidam, frigidam ue esse. Sed eam me-
diam esse inter huius oppositionis extrema licet.
Si igitur necesse non est, ut uel intemperiem, quæ
in calido est & frigido, sequatur ea quæ est in alte-
ra oppositione intemperies, uel hanc, quæ in illa, lice-
bit aliquando & naturam, quæ in caliditate & fri-
giditate temperata sit, uel siccā esse, uel humidā.
Inuicēq; quæ in his tēperata sit, uel calidā esse, uel
frigidā. quare sūt & hæ ab ijs, quas priores tūmedi-
ci, tū philosophi nobis tradiderūt quatuor diuersæ
intemperies. Medioq; loco positæ inter temperatos
habitūs

habitus, & eos qui i utrāq; oppositiū sunt itēperati. Qui nāq; i summo ē tēperatus, is neutrā oppo
 sitionē habet superantē. Qui uero aduersus huius ē
 itēperatus, utrāq; habet nūtiosam. Mediū sortit lo
 eū, qui i altera quidē ē tēperatus, i altera itēperatus,
 qui utiq; & ex diuidio eucratos, ex diuidio itēpe
 ratus cū sit, merito mediū dici pōt inter eū, qui ex
 toto est tēperatus, & eū qui ex toto est itēperatus.
 Et si quidē haec sic se habēt, sicut certe se habēt, cur
 nouē dicere uniuersas tēperamentorū differētias du
 bitemus. Tēperatā quidē unā, nō tēperatas octo,
 quarū quatuor simplices sunt, hūida, sicca, calida, &
 frigida, quatuor cōpositæ hūida simul & calida, sic
 ea pariter & calida, frigida simul & hūida, frigida si
 mul & sicca. In quolibet uero iā dictorū tēperamen
 torū permagnus ē excessus, defectusq; modus nō
 in ijs modo quæ simplicia sunt. Sed etiā i cōpositis.
 Idq; tū i tota substātia. Tū uero i unoquoq; gene
 re. Si cui igit agnoscēdorū tēperamentorū cura ē, in
 cipiat exercitationē oportet ab ijs i quolibet gene
 re naturis, quæ tēperatae, mediae q; sunt. Quippe
 cū si his alias cōparet facile qd' in quauis superet de
 ficiat ue inuenerit. Ergo primū de ijs, quæ simplici
 ter loquētibus, tēperata, itēperataq; dicunt, agēdū,
 quæ scilicet in oī generata substātia, nō in solis aīali
 bus & stirpibus disquirenda diximus. Porro hic
 quoq; cāullū saltē distīguere de noībus cōueniet, qd'
 ouloqq;

E iñ calida

nova Epato

cal. acti potestia

calida temperies, alia iam energia, siue, ut loquuntur
actu sit, alia potestate, tum quod potestate ea esse
dicamus, quae quod dicuntur, id nondum sint: sed
facile id fieri possint. Quoniam naturalem, ut id fa-
cili facultatem sint adepta. Igitur primū de ijs, quae
actu calida, frigida, humida, & sicca sunt, dislera-
mus, auspicati ab uniuersa substantia. Mox ad ani-
malia & stirpes discensuri. Ita enim consummatio-
nem habebit, quod institutum nobis est. Quoniam
igitur quod in omnium genere, maximeq; in uni-
uersa substantia medium est, id ex mixtione extre-
morum conflatur, utiq; conueniet, ut tū notio eius
tum agnitus ex illis sumatur. Ac notio quidem fa-
cillima est. Quippe a calidissimo omniū, quae sub-
sensum ueniūt, ueluti igni, aut quapiam aqua, quae
ad summum sit feruens ad id, quod omuium, quae
nobis apparent, est frigidissimum, ueluti glaciem,
& niuem uenientes, æstimato interea interuallo, in
medio ad unguem id diducimus. Sic enim symme-
tron, quod scilicet ab utrocq; extremorū pari abest
spacio, intellectu comprehendemus. Quin etiā id
nobis præparare licet. Miscentibus aquæ feruens-
ti parem modum glaciei. Quod enim ex ambobus
est mixtum pari interuallo ab utrocq; extremorum
aberit, & eo quod urit, & eo quod frigore stupefa-
cit. Non est igitur difficile ei, qui ita mixtum tetige-
rit, medium uniuersæ substantiæ in calidi frigidiq;
oppositio

19

oppositione habere, eiusqe meminitisse, atqe alia em
nia illi ueluti norme adaptata iudicare. Quin etiā
si terram, quae sicca sit, uel cinerem, uel tale aliquid
quod plane sit aridum, pari aquae modo imbueris,
medium in siccii humidicqe oppositione effeceris.
Ergo ne hic quidem difficile est ubi usu pariter, ta-
ctuqe eiusmodi corpus noueris memoriae id infige-
re, eoqe ad humorum, ac siccorum, quae deficiant,
superent uel agnitionem pro norma, exemplaricqe
uti. Porro corpus de quo iudicandum est, medio-
criter calens est. Nam hoc ipsum humidi, siccicqe
medium corpus si ad summum id calorem frigus
ue sit perductum, falsam interim imaginationem ex-
citabit, uidebiturqe qe sit mediocre, aliquando hu-
midius, aliquando siccus. Quippe si liberalius ca-
lefiat, liquatum iam, ac fluxile, humidioris substanc-
iae phantasiam de se præbebit contra refrigeratū
plus iusto, consistit, ac cogitur, immobileqe reddi-
tur, & durum tangentι appetet. Vnde etiam falsam
duriciei imaginationē exhibet. Quod si ueluti hu-
midisiccicqe parem modum habet, sic caloris, ac fri-
goris sit in medio, nec durum, nec molle tangentι
apparebit id corpus. Atqe tota quidem eiusmodi
corpora per tota se miscendi, calidum, inquam, fri-
gidum, siccum, & humidum, homini facultas non
est. Terra enim aquae confusa, miscetur quidem
(quatenus scilicet uideri cuiquam possit) atqe ita

E iij tota

tota toti conteimperatur. Cæterum appositio exi-
guarum partium ea est, nequaquam totorum per
tota mixtio. Sed ambo ea per tota miscere, dei, uel
naturæ est opus, magisq; etiā si calidū, ac frigidū
iter se tota per tota miscēda sint. Attamē appositio
nē eiusmodi effecire, ut sensu[m] effugiāt singula sim-
pliciū corporū, nō solū naturæ opus dei uec̄. Sed
etiā nostrū. Necq; enī difficile ē talī mixtiōe, lutum,
qd' mediū siccī, hūidiq; sit, moliri. Simili mō & qd'
calidi ac frigidi sit mediū, uidebiū qz tibi eiusmodi
corpus i calore & frigore tēperatū: imo etiā in du-
ricie, mollicieq; medio statu esse. Id aut genus est
hominis cutis, utpote omniū extremorū calidi, frī-
gidi, hūidi, siccī uere media. Maximeq; ea, quæ est
in manu, hæc enim omniū fēsibilū ueluti norma fu-
tura erat prudētissimo, nimirū animatiū tactus in-
strumētū ab ipsa natura præparata. Quo magis cā
ab omnibus extremis calido inq; frigido, siccō, &
hūido pari abesse interuallo oportuit. lā utiq; & cō
stat ex horū omniū equis portiōibus, nō cōpositis
mō, sed etiā per totas se mixtis, qd' nostrū plane ne
mo efficere pōt: Sed ē naturæ opus. Quæcūq; igi-
enr partes cute sunt duriores, ueluti ossa cartilagi-
nes, cornua, pili, unguis, ligamēta, ungulæ, calca-
ria, in his omnibus siccū præualet. Quæcūq; uero
molliores sunt, sicuti sanguis, pituita, seuum, adeps,
cerebrū, medulla tū spinalis, tū altera, in his humidi
plus

antra. g.

moltrā.

plus ē, q̄; siccī. Quin etiā quāto siccissimā omnium
quæ sunt in hōie pars cutē siccitate superat, tāto rur
sus acute superat, qd' est hūidissimū, porro uidet
nūc disceptatio nostra, ea quæ utilissima sunt attin-
gere, ac docere simul qd' tū animaliū, tū uero omni
um corporū tēperatissimus sit hō. Simul qd' omni
um, quæ in eo sunt particularū cutis, quæ intra ma-
nū habet omnis excessus plane sit expers. Insistētes
igit̄ hoc loco, estimemus quisnā sit optime tēpera-
tus hō, quē scilicet totius substātiæ, uel potius tum
hōim, tū reliquorū animaliū mediū, ueluti regulā &
normā statuētes, reliquos oēs huic collatos calidos
frigidos, hūidos, siccōs ue dicere oportet. Cōcur-
rāt aut̄ oportet in hoc hōie multæ notæ. quippe &
cū uniuersa substātia collatus, medius apparere in
ea debet, & magis etiā cū hōibus & bestijs. Ac me-
diū quidē in uniuersa substātia, cōmunes notæ di-
ctæ iā sūt. Quæ uero in animaliū, speciebus notāt,
actiōis perfectiōe quæ cuiq; sit cōueniēs iudicant.
Conuenit autem homini, ut sit sapiētissimus, cani,
ut mitissimus pariter sit & fortissimus, leoni, ut tā-
tum sit fortissimus. Sicuti ouii, ut sit tantum mitissi-
ma. Iam uero quod corporis actiones consentien-
tes esse animi morib; oporteat, tum Aristoteli in
his, quæ de partibus animalium scripsit, tum ue-
ro nobis alibi nihilominus ē mōstratū. Ac metho-
dus quidem hæc est. Exercitari uero, ut non in sin-
gulis modo

gulis modo generibus, sed etiam in uniuersis me-
dium in promptu quis noscat, id cuiuslibet homi-
nis non est: sed diligentis imprimis, & qui per lon-
gam, experientiam, & multam omnium particula-
rium peritiam, inuenire medium queat. Quippe ad
eundem modum plastæ, pictores, statuarij, alijs de-
nicq; factores, quæ pulcherrima in omnium specie
sunt, tum pingunt, tum fingunt, ueluti hominem,
equum, bouem, leonē formosissimum, ad id quod
medium est in illa specie collimantes, laudantq; ho-
mines quandam Polycleti statuam canonem ap-
pellatam. Inde adeo id nomen sortitum, quod par-
tium inter se omnium competentiam ad unguem
habeat; habet autem quem nunc quaerimus, plus
aliquid, q; Canon ille. Quum non solum humoris
ac flicitatis in medio consistat, is qui eusarcos, siue
quadratus est homo; sed etiam optimam formatio-
nem sit adeptus. Quæ fortasse bonam quatuor ele-
mentorum temperiem est comitata, fortasse diui-
niorem aliquam superne originem habet. Cæte-
rum prorsus eusarcon saltē esse eiusmodi homi-
nem, id uero est necessarium. Quippe mediocri-
tas in carne, ex mediocritate temperamenti proue-
nit; protinus autem adsequitur tale corpus, ut opti-
me ad actiones sit comparatum. Tum in mollicie,
& duritia præterea calore ac frigore mediocriter
se habeat, atq; hæc omnia insint cuti, huiusq; maxi-
me illi

que illi parti, quæ est intra manum. Scilicet quæ cal-
lum eiusmodi non contraxit, qualis in remigibus
& follaribus cernitur. Cū enim gemini usus cau-
sa manus sunt factæ, tactu discernendi, & rem quāpi-
am comprehendendi utiq; quæ molles sunt ad ex-
quisitus tangendum, dure ad aliquid maiore uita-
piendum magis sunt idoneæ. Quin etiā cutis, quæ
non solum omnium hominis partium, sed etiā uni-
versæ, quæ generationi, corruptioni, subiicitur
substantia media est, ea nec callosa, nec dura lapi-
deame est, sed secundum naturam se habens, quo
scilicet cutis genere maxime perfectum esse tactū
censemus. Ac quod in duritia & mollicie medium
omnium particularum locum sit sortita, abunde li-
quet. Quod autem & in calore, ac frigore similiter
habeat, ex eius substantia maxime intelligas licet.
Est enim ueluti sanguine prædictus neruus, qui sit
inter neruum, & carnem quiddam plane medium.
Ac si ex mixtis utrisq; constitueretur. Cæterū ner-
uus omnis exāguis est & frigidus. Caro multisan-
guinis & calida. Media inter utrumque est cutis.
Nec plane exanguis ut ueruus, nec sanguine abun-
dans, ut caro. si igitur hanc omnium animalis par-
tium, ueluti normam, iudicemq; proponens, reli-
qua illi conferas, atq; ad eam examines, octo diuer-
sus intemperies in eis inuenies. Jamq; membratim
ubi de omnibus deinceps differam, humidissimū
allubam.

F frigidissi-

frigidissimumq; in corpore pituita est. Calidissi-
mum sanguis, non tamē est is perinde humidus, ut
pituita. Siccissimū ac frigidissimum est pilus. Mi-
nus eo & frigidum & siccum est os. hoc uero mi-
nus siccum est cartilago. Proxime hanc sequit, quē
Græci ex cartilagine & ligamento composito no-
mine, chondrosyndesmon uocant, post hunc tena-
do, deinceps membrana, & arteria, & uena, ipsa sci-
licet corpora uasorum. Succedunt deinde nervi du-
ri: molles autem nervi in humiditate & siccitate, me-
diam naturam, sicuti cutis optinent. Nam in altera
oppositione, quæ est calidi & frigidi nervus mol-
lis in medio non est. Sed tantum ei deficit de calore,
quantum de sanguine. Ita uero & reliqua omnia pri-
us dicta, tāto sunt cute frigidiora, quanto minus ha-
bent sanguinis. Etiam tunicae ipsæ, maxime sanguin-
eorum uasorum, arteriarum, dico & uenarum, nō
solum exangues sunt, sed etiam frigidæ natura cō-
tactu tum sanguinis calefiunt, atq; ad medium tem-
peramenti statum ueniunt. Sanguis uero ipse, a cor-
de suum accipit calorem. Quippe id uiscus natura-
rum omnium animalis particularum maxime san-
guineum, tum uero calidissimum est: proximum il-
li iecur est. uerum cor paulo q̄ cutis minus est du-
rum, iecur multo. Itaq; etiam humidius q̄ cutis cor
est, quanto scilicet est mollius. Iam uero caro humili-
dior cute est, eadem tamen calidior. Spinalis autem
medulla

de in
aria & calid.
spars
ante
caro

22

medulla cute est humidior, atq; etiam frigidior. Si
cutei hac rursus humidius est cerebrum: cerebro au-
tem ipso adeps cui concretio contigit, propterea
quod membranis adiacet. Crasso namq; oleo est si-
mile, Eocq; congelatur, ubi cum frigidis, & exan-
guibus particulis coniungitur. At neq; circa iecur
coire adeps potest, neque circa arterias, uenas ue,
aut cor. Sed nec circa aliam ullam præcalidam par-
ticulam. Quoniam autem cogitur per id, quod ual-
de est frigidum, idcirco calefacta liquatur, cætero-
rum congelatorum ritu. At cerebrum calefactum
minime liquatur, eocq; adipe minus est humidū.
Porro minus humida quā adeps, est & pulmo-
num caro. Ut quæ nec ipsa calefacta liquefaciat. Iam
longe etiam q; hæc adipe minus humida est, tū
lienis, tum renum caro. Omnia tamē cute sunt hu-
midiora.

harum rerum demonstrationes
proximo libro tradam, sicut omnia
quæ ad uniuersam de tempe-
mentis disputationem

pertinet, duobus
deinceps come-
tarijs expo-
nam,

Galeni de temperamentis, Thoma Linacre
Anglo interprete, libri primi, finis.

F 11

DE GALENI DE TEMPERAMENTIS

mentis, liber secundus. Thoma Linacro interprete.



C quod multifariam quidem dicatur, humidum, siccum, calidum, & frigidum corpus in proximo desinatur est libro, demonstratum præterea est, nouem esse temperamentorum differentias, unam quidem quæ mediocris sit & eucratos, quæ etiam temperatam uocamus. Reliquas omnes intemperatas quatuor simplices, unica scilicet in quaque pollente qualitate, calore, frigore, siccitate, vel humilitate: quatuor ab his diuersas, in quibus utriusque oppositionis altera qualitas exuperat, dico autem duas oppositiones, altera quæ est calidi & frigidi, altera quæ est frigidi & siccii. Ab his ad notas earum digressi, de temperata natura disceptauimus, quoniam hæc omnium prima uirtute, potentia cognitionisque ordines sit. At cum temperatum aliud absolute dictum inueniatur in uniuersa rerum natura. Aliud in singulis generibus, principio uisum est de eo considerandum esse, quod communiter in uniuersa natura estimatur, huius norma, iudiciumque erat, elementorum portionis æqualitas. Cuius rei gratia extremorum omnium medium ad unguem redditum, eucraton & symmetron, sive temperatum & medio-

23

& mediocre mauis, dicitur. Reliqua quae in singulis generibus temperata dicuntur proprijs corporum functionibus usibusq; iudicant. Eoq; fit, ut idem animalis cuiuspiam stirpis ue corpus, omnium quae in eo sunt genere, medium esse possit, id est, in illo genere eucraton & mediocre. Alteri cuiuspiam comparatum, uel stirpium, uel animalium, uel animorum generi, discraton, siue intemperatum. Quippe uiuentis corpus cum domortui collatum, humidius eo, calidiusq; est, uerbi gratia, leo uiuens, leone mortuo, tum ipse seipso, tum alter altero calidior, humidiorq; est. Atq; inde adeo dictum ueteribus est, animal calidum & humidum esse. Non absoluto sermone, quod humiditas in eo, calor uel exuperet (Sic enim inuenire est animalia sicca, frigidaq; cōplura, ueluti culices, muscas, apes, formicas) sed ut ad mortua collatum: uiua enim apes calidior humidiorq; q; mortua est, & formica uiua, q; mortua. Cū hoīc tamen, equo, boue uel collata, tū alijs sanguine præditis animalibus, omnia id genus frigida, siccaque temperie sunt. Quin si ad uniuersam naturam spectans ea expendas, ne sic quidem quo minus frigida, siccacq; sint, elabantur. Tānq; enim in unoquoque genere, ubi quid a mediocritate recessit, ab eo quod uincit, nomen accipit. Itidem in uniuersa substantia, cum aliquid medium transferit, nō amplius eucraton, sed uel calidum, uel frigidū, uel humidū, uel siccū.

F iiiij uel siccū

uel sicctum nominabitur. Monstratum etiū supra
est hominem non solum animalium, stirpium ue-
ted etiam reliquorum omnium maxime esse tem-
peratum. Quoniam autem ex multis & dissidenti-
bus is conditus est partibus, manifestum est quæ
pars medio omnium sit temperamento, eam esse
maxime eucraton, siue temperatam. Quæ nanque
animalis eius quod mediū sit temperamenti, media
particula est, hæc omnium simpliciter est tempera-
tissimum. Monstratum uero est id esse in homine
cutem. Atq; huius eam maxime partē, quæ in ma-
nu est interna. Si tamen qualem eam natura est mo-
lita, talis perstiterit. Iam uero quod nec cuiuslibet
hominis cutis mediū absolute loquendo sit uniuersa
sæ substatiæ. Sed eius qui maxime est tēperatus,
dictū prius est. Plurimā enim esse ipsis quoq; ho-
minibus inter se differētiā, uerū maxie tēperatus is
est, qui corporis habitu, medius horū extremonū
apparet, gracilitatis, crassitudinis, duticie, molliciei
itēc; caloris, & frigoris. Inuenias enī cuiuslibet ho-
minis tangēdo corpus, uel mitē & halituosum ca-
lorē, uel igneū, & acrē, uel horū neutrū. Immo frigi-
ditatē quādā pollētē, frigiditatē autē pollere ut i hōis
corpore itelligere oportet. Eoc; tū sanguineo, tū
hūido. Ac corpore quidē talis ē tēperatissimus hō.
Idē aīo quoq; medius omnino ē, audaciæ & timo-
ris. Cūctatiōis & præcipitatiōis, misericordiaæ, &
inuidiaæ:

2029
Lugd.

anno
Lugd.

similitudine; fuit uero talis a facer amicorum animas, huma
 nus, & prudens. Et temperatissimus quidem hoc ex his
 primis, potissimumque agnoscit. Accedit non pauca
 eorum, quae ex necessitate haec sequuntur. Quippe
 edidit, bibitque in modo, & nutrimenta non solum in uentre,
 sed etiam in uenis, & tota corporis mole, pene cocomo-
 quit. Oculique (ut semel dicam) tu naturales, tu aiales uir-
 tutes inculpatas habet. Cum & sensuum facultatibus,
 & membrorum moribus optimis sit praeditus, & tu
 uiuendo colore semper sit, tu ad perspiratum extremem
 torum bene comparatus. Idem mediis inter somnolentum
 & peruvigilem, inter glabrum & hirtum, inter nigrum colo-
 rem & album, pilosque habeat cum puer est magis
 rufosque nigros, in flore est contra. At quoniam dif-
 ferentiarum, quae ex aetate eius spectant, mentionem fe-
 ci, non alienum sit, aliquid iam de ipsis quoque apponere.
 Porro uolebam unius cuiuscumque praedictarum notarum
 causas persequi, uerum cum ad ea, quae nunc sunt, pposita
 magis urgeat aetatum consideratio, quae etiam maximam
 nobis ad causarum invenientiae facultatem suggerit, huic
 nunc insistamus. Intelligamus igitur recens formatum
 animal in utero matris, quo sciamus qua ratione hu-
 midissimum, calidissimumque sit, prima enim eius constitu-
 tio ex semine & sanguine est, quae humidae & ca-
 lidae res sunt, his autem magis semper siccescen-
 bus, primum quidem formantur membranae, tuni-
 cae, ite viscera & sanguinis uasa, ultimam uero perficiunt
 ossa &

oido fit
 formandi.

osſa, & ungues, & cartilagines, concreta ſcilicet eo-
rum ſubſtantia. Ante enim q̄ uel tendi poſſit ſub-
iecta ſubſtantia, uel concreta cere, nihil fieri membra
torum poſteſt. Et tunicae quidem, ac membranae,
arteriae q̄, & nerui, & uenae, tenſa ea, oſſa, cartilagi-
nes, ungues, unguulae, & uiscera, coagulata ea perſi-
ciuntur. His uero in utero perfectis ita deinde pari-
ter infans. Eſt uero adhuc in ſummo humidus, ue-
luti maris alga. Idq̄ nō in ſanguinis uafis modo &
uisceribus, ac carnæ, ſed etiam iplis oſſibus, quæ
ſcilicet ſiccissima ſunt omnium quæ in nobis ſunt.
partium. Verum tum hæc, tum reliqua tota una cū
hiſ membra quaſi cerea ſint, infantium nutrices fir-
gunt, formantq̄. Tanta eſt in toto puellorum cor-
pore humiditas. Quin ſi recens editum porcellum,
uel eſſe, uel diſiectum inſpicere uelis: carnem qui-
dem eius mucoſam, præhumidāq̄ inuenies. Oſſe
um uero genus uniuersum, caſeo qui modo ſit coa-
gulatus ad ſimile. Adeo, ut nuper nati animalis cor-
pus propter redundantem in eo humorem libens
non comedas. Quod maxime tum ſuilli, tum ouil-
fetus *lumbis*
corpi liſcotus corpori accidit, propterea quod ea maxi-
me ſunt humidæ. Caprinū, quod ſiccius ſit, & me-
lius eſui eſt & iucundius. Contra uero q̄ in nouel-
lis procellis, quæcunq̄ iam ſenuerūt, hæc oſſa qui-
dem omnia & ligamenta uniuersa, præſicca, ſine ſuc-
co, & inſipida poſſident. Carnem uero neruoſam
& duram

25

& duram. Arterias quoq; & uenas, & nenuos, æta-
tis culpalori uice, insuaues, & sine succo. Quæ me-
dio statu horum, ac nuper natorum sunt, quæ utiq;
jam ætate processerunt quantū a senio absunt, tan-
tum & ab extrema siccitate sunt remota. Quæ mi-
nora sunt, atq; adhuc augescunt, tantum ea quoq;
ab gestati etiamnum foetus humore absunt, quan-
tum processerunt ætate. Florescens uero ætas om-
nium animalium maxime in medio extremorū est,
necq; sicut senium ad summam perducta siccitatē,
necq; ueluti infantium ætas in humore & multo uui-
do mersa. Cur igitur aliqui celebrium medicorum
humidum esse senium, prodiderunt. An uidelicet
quod excrementorum abundantia sunt decepti.
Quippe tum oculi his lacrimis suffunduntur tum-
nares destillatione manant. Tum in ore eorum sali-
ux copia exuberat. Ad hæc tum tussiunt, tum ex-
creant pituitam. Scilicet pulmones quoq; hac esse
refertos iudicantes, ueter quoq; illis pituita est ple-
nus. Tu singuli articuli quodammodo muccosi. Cæ-
terum nihil horum obstat, quo minus senum cor-
pora sicca censeantur. Ut quorum nenuos & arte-
rias, & uenas, & membranas, & omnium instru-
mentorum tunicas, multo q; prius erant, sicciores
inuenias. Circumfundi autem illis extrinsecus, in-
trinsecus uie, aut pituitosum quendam humorem,
aut muccosum. Verum tantum abest, ut ciusmo-

G di signa

cur scivo
videat gaudi

cur senos
fici finit.

di signa uniuersa senilem aetatem humidam confundunt, ut etiam siccum esse prope testentur. Idecirco nanc; particula quævis siccior, quam ante uidetur, quod per caloris imbecillitatem, similiter non nutritur: foris enim copia illi, humili excrementi superfluitat. Corpus autem cuiusc; intrinsecus, siccum est, quod nec trahere intro nutrimentum ualeat: nec eo sufficienter frui. Est ergo humidus senex, non proprijs suis particulis, sed excrementis. Rursum siccus, non excrementis, sed particulis ipsis. Ita nimirum alio genere siccus, alio humidus. Verum non est ad præsens de excrementis eius, sed de proprijs partibus disceptatio, quarum proprietates uitam eius complent: his igitur siccus senex est, quibus scilicet puer est humidus. Ipsi solidis corporis particulis, ossibus, membranis, ligamentis, arterijs, uenis, nervis, tunicis, carnibusque. Meritoque Aristoteles senium mercenari stirpi adsimilat. Quippe stirpes nouellæ dum sunt, molles, humidæque cernuntur, sensentes assidue magis siccescere uidentur. Ad postremum siccæ prorsus redduntur. Idque ipsis mors est. Ac quod sicciissima aetatum senilis sit, ex iam dictis liquet. Quod autem & frigidissima sit, id uel magis est euidentis. Ita ut de eo nemodo dubitauerit. Nam & tangentis senes frigidi apparent, & facile in frigidum statum mutantur.

Ex nigra

Et nigrī, & laudi sūnt, & frigidis morbis facile
capiuntur. Apoplexia neruorum resolutione, stu-
pore, tremore, comulsione, distillatione, rauce-
dine. Porro perij eorum omnis paulo minus san-
guis. Eoque una perij & coloris rubor. Iam ue-
ro concoctio his, & digestio, & significatio, & ap-
positio, & nutritio, & appetentia, & sensus, &
motus, oblesa omnia sunt, uitioseque administra-
ta. Et quid, quæslo, aliud est senium, q̄ uia ad inten-
titum? Ita si mors naturalis caloris est extinctio,
utique senium ueluti tabes quædam eius fuerit. V̄c
rum non perinde de puerorum, & florentiū æta-
te inter medicos conuenit. Sed nec dirimere in-
ter eos litem est promptum, probabiles enim sunt
utrorumque rationes, tum eorum, qui pueros
calidores esse, quam florentes ætate censem.
Tum eorum, qui contra, florentes calidores pu-
eris esse contendunt. Alterin anque ex eo quod
sanguinis humor omnium, quæ in animalis haben-
tur corpore calidissimum natura sit, tum quod
foetus in utero propemodum sanguis tantum fit
post enim singendis utique iam particulis, aliud
os efficitur, aliud arteria, aliud uena, aliud di-
uersum ab his aliquid: omnia tamen rubra,
tum quod sanguinem syncerissimum, calidissi-
mūq; optineat: colligūt calidissimū esse gestatum
in utero foetū. Quod si est etiā pueros quāto gesta-

*morbī
frigidī.*

*& in partij
viciis fit
calidores*

*pnozi
calid.*

G ij tis in

tis in utero propiores sunt, tanto esse florentibus
aetate calidiores. Alteri quod etiam plurimus sit in
Intervm
color floribus sanguis, ac copiosior ē in pueris. Ita ut
eius occasione crebro his sanguis profluat. Quin
etiam quod flauæ bilis succus, qui sanguine multo
est calidior, plurimus his sit, propterea calidiores
esse florentes, ē pueros, confirmant. Rursus illi ab
ipsis functionibus quod tum augeantur, tum plu-
Intervm
cal. 2. ra, ē pro corporis sui portione, alimenta tum ap-
petant, tum confiant, ualidum esse in pueris calo-
rem asserunt. hi contra humiditatis occasione, po-
tius, ē caloris ui, augeri illos contendunt. At con-
coctio
recept coctione non modo florentes non uincere, sed etiā
longe ab ijs pueros uinci. Nam & uomitiones ijs
ex concoctis cibis accidere, & deiectiones humi-
das, asperas, ac a succo alienas. Quod si appetū
plura, nihil id facere ad caloris robur. Primū enim
id nō accidere caloris copia, ut animal appetat plu-
ra. Immo contra, refrigeratis scilicet his partibus,
quibus appetentia debetur. Deinde quoniam nō
tantum ad nutritionem, sed etiam incrementum,
alimentum moliuntur. Idcirco etiam pluribus nu-
trimentijs ijs esse opus. Iam uero reliquis functioni-
bus uniuersis, etiam nō obscure, inferiores esse pu-
eros his, qui florenti sunt aetate, ut qui nec ingredi,
nec currere, nō portare, nec quicq; in summa agen-
dorum operu: n similiter obcant. Cum floribus,
tū sensum

sum sensum omnem, tum intellectum ad summam
perfectionem, beatitudinemque peruenisse dicant. In
summa puerum adhuc imperfectum esse florentem,
animal perfectum. In perfectis rationabile esse, ma-
xime actuum maximeque princeps elementum pol-
lere. Quin somno quoque plurimo deditos pueros
uidere licet, contra minimo florentes esse conten-
tos. Quanque hunc quoque, aliter accidere, ne insanum
quidem hominem censere aiunt, que calido uicto quo-
dammodo grauatoque humoris copia, ueluti tum
extemulentis intelligere licet, tum ijs, qui balneo li-
beralius sint usi. Ita uero & papauer somnificum
esse, & mandragoram, & lactucam, & omnia quae
humidiore, frigidioreque temperie sunt. Ac tales qui-
dem de propositarum aetatum temperie rationes
utrinque afferuntur. Omnes enim recensere, super-
vacuum uidetur. Cum formula ipsa epicherema-
tu, uel ex ijs, quae retulimus, satisclare perspici pos-
sit. Eminus enim utriusque, fermeque a secundis priora
colligunt. Ac tanque iam sciat auditor quemadmo-
dum auctio, quemadmodum concoctio, & quem
admodum nutritio fiat, uerba faciunt. Simili modo
de sensu, de motu, de functionibus, tum naturali-
bus, tum quae agi sunt idoneae, disputant. De soma-
ni quoque generatione & ciborum natura, mentio-
nem, faciunt, quorum nullum simplex promptumque
cognitu est. Sed & multam disquisitionem requi-
spontea.

G iii rit, nec

*Song vnde
oriat?*

rit, nec potest fortasse ulli compertum esse, nisi qui prius humidam, siccām, calidam, frigidamq; temperiem sciat agnoscere. Quicquid enim eorum ueluti scientes dicunt, id si docere eos cogas, prorsus disputationem de temperamentis, hanc scilicet cui nunc insistimus, desiderabunt. Quare per mutua & ex mutuis, fiunt ijs demonstrationes. Ex ijs qui dem quae nunc quaerimus, ceu iam sint cognita, cū de actionibus disputant, & ciborum ac medicamentorum facultates inuestigant, ac de somno, & alijs id genus differunt. Rursus autem quae nunc sunt proposita per illa, ueluti prius iam nota demonstrat. Ego uero eiusmodi demonstrationes non probo, quin si fateri uerum oportet, nec demonstrationes eas censeo, ueluti diffusius in alijs ostendi, satiusq; esse in omni docendi genere existimo, ordinem conceptionum diffinire. Si igitur principium omnis quae de temperamentis suscipitur disputationis, tractatio de elemētis est, sint ne ea imparihilia prorsus mutationis expertia, alterari, mutariq; potentia, ab illorum uero cognitione, secunda deinceps est, proposita nunc disputatione, non utiq; sumenda est ipsorum fides ex ijs, quae nō dum sciuntur, sed sicuti tum rectum est, tum uero iustum, quod sumendum ad demonstrationem est, uel eidens aliquid sit oportet, uel quod prius fuit demonstratum. Nō est igitur neq; de somni generatione mentio facienda, neq;

da, necq; de concoctione, necq; auctiōe, necq; de alio
 id genus ullo, sed ab ipsa sola, nudaq; subiectarum
 rerum substantia, disquisitio facienda, sicuti in pri-
 mo libro fecimus. Quippe statuentes aliud esse,
 quod energia, siue actu sit, aliud quod potestate,
 de eo quod actu iam calidum, frigidum, humidū,
 siccum ue sit, prius differendum esse diximus, sub-
 inde ad ea quae potestate sint ueniendum. Porro
 eorum, quae actu, calida, frigida, huinida, sicca, ue
 sunt, obvia, promptaq; omnibus cognitio est, ut
 pote quae tactu discerni queāt. Qui scilicet, & ignē
 ipsum calidum esse docuit, & glaciem frigidam.
 Quod si alia quapiam ratiōe notionem, agnitionē
 que calidi, frigidī ue habent, dicant hanc nobis.
 Inauditam enim ac nullius effectus, sapientiam
 promittunt. Immo si uerum fateri licebit stupor-
 rem potius, si rerum sensibilium alium quempiam
 habere se iudicem meliorem putent, quam ipse
 sit sensus. At qui si eorum, quae actu calida sunt, ali-
 us esse iudex q; tactus, nullus potest, tangant iam
 deinceps multos uiros, tum senes, tum adolescentes,
 tum pueros, tum infantes. Ita enim inuenient,
 qui magis, miras ue calidi sint. Si de rebus sensibili-
 bus ratiōales demonstratiōes querūt, iā de niue ipsa
 inquirendū est, censenda ne sit, sicut oībus hoībus
 apparet, candida, an sicut Anaxagoras asseverauit,
 nō cādida. Iā uero de pice simili modo coruocq; ac
 reliquias

actu cal.

*rebus
sensibili-
bus*

reliquis omnibus estimandum. Nec enim si non
habenda est oculis fides de albo quod uident, de
nigro sine demonstratione fides est habenda. Om-
nia igitur quæ sensui apparent, si iam fide carere di-
cunt, nec olorem album esse dicant, nisi prius id ui-
derint ratione. Immo nec calcem, nec diem, nec so-
lem. Ad eundem modum & de uoce, auribus fidē
abrogent, & de odore, naribus, & de omni tarigi-
Hbili, ipsi tactus sensui. Et nōne hæc sunt pyronis he-
sitatio, & nugæ immensæ? Sane e quum fuerat, eos
qui optimam sectam in philosophia elegissent, quæ
scilicet calidum, frigidū, humidum, & siccum prin-
cipia & elementa statuit, non intantum disciuisse a
uiris qui hæc posuerunt, ut qd' omnis demōstra-
tionis principia sunt, quæq; sensui, quæq; intelle-
ctui sunt manifesta non cognoscerent. Et profecto
quisquis de his addubit, frustra de alijs inquirit.
Vt poterit unde quidem sit incepturnus quicq; sibi
relinquens. Vnde igitur in tam diuersam uiam di-
uerterunt, ac sensibilium rerum cognitionem ratio-
ne consequi tentarunt. Ego sane ne cogitare quidē
possum. Eoq; quod actu calidum est, tactu iudi-
co. Siquid autem adhuc calidum non est, sed ut ta-
le fiat est idoneum, quod utiq; potestate calidum
appellamus, id ratione inuestigare conor: hñ tiero
omnia nescio quo pacto subuertunt, & in argumē-
tis prolixè retoricantur. Sed hos mittam s. I. us ta-
men

*calidij
potestia.*

29

men nūc minime obliti quod unum prauorū dog-
matū principium sit, nihil de demonstratione prius
meditatum simul res ipsas inquirere, simul ueluti
scientem quidnam demonstratio sit, demonstrare
tentare. Denuo igitur ad propositum reuersi, cali-
dum quod in ætatibus cognoscere cupimus, pri-
mum & maxime, tactu iudicemus. Erit autem opti-
mum iudicium in uno, eodemq; unius infantis cor-
pore, potest enim & qualis calor illi ante bienniū
fuerit, in memoria reponi. Et qualis nunc sit post
duos forte uel tris interpositos annos. Si nācq; mu-
tatio omnino ulla ad calidum, frigidum ue infantī
facta uidebit, nullum praeterea negotium erit, qui
uscq; ad florentem ætatem futurus excessus sit colli-
gere. Quod si plures puellos pluribus conferre flo-
rentibus ætate uelis, graciles gracilibus, quadratos
quadratis, & crassa crassis conferes, æque uero &
qui colore, & reliquis omnibus (quoad fieri po-
test) similiter se habeant. Quippe si differentiam in
ætatibus inuenire studeas, in similibus q; maxime
licet naturis, eam inquisitionem tutius facies. Porro
in contrarijs naturis hanc disquirere non parui er-
roris est occasio. Cum interim non tam explorato-
rum corporum ætatis, q; naturalis temperamenti
gratia differentia existat. Ad eundem mōdum, tū
uictu uniuerso tum temporuī, quibus explorat
statu, pari modo se habēta corpora eliges, nō exer-

H citatum,

Ex dogm
origo Docto
Præmeditat

finis h̄e
copiado.

citatum, requieto cōparās, nō balneo usum, ei quā
eo nō sit illsus, nō ieūnū, saturo, nō sicientē, ebrio:
nō eū qui sole incaluit, ei qui ex frigore riget, nō eū
qui uigilauit, ei qui dormiuit, nec denicē eos quā
bus cōtraria est uel natura, uel uictus ratio, uel quā
libet rerum cīrcūstātia. Sed reliqua omnia sint q̄
sieri licet paria, una ætate excepta; pari modo si unū
cundemq; puellum cum seipso conferes, omnes
eius externas cīrcūstantias similes ad unguem ser-
uabis: quo scilicet, si qua harū alicuius causa i calore
& frigore differentia contigit, ætatis mutatiōi nō
imputet. Longam tibi experiendi rationē fortasse
tradere uideor. Sed plane uerissimam, atq; ex ipsa
rei quæsitæ essentia desumptā. Sicut in his, quæ de
demonstratiōe scripsimus, a nobis est proditū. Tu
uero fortasse compendiariā uoles minime curans,
si falsa sit. Scito ergo nō solū falsam te, sed etiā longā
ingressuriū uīā. Necq; tribus, quatuor ue annis, qđ
requiris, inuenturum, sed tota uita in ignorātia uer-
sandū. Quantū enim accipi ex memoratoriū uirorū
controversia licet, non est, quod putemus clare ali
quid demonstrari posse. Sed nec rationabile om-
nino est, ex ijs quæ posteriora sint, ea probari quæ
sunt priora. Ergo calidū, frigidumq; corpus quod
saltem actū, nec adhuc potestate tale sit, sensu iudi-
cemus, misso nūc tū priorū iudicio tū reliquis om-
nibus notis. Et te iam ceu recte iudicaturū, ad ipsā
experiētiā

*Et apodiat
dubita.*

30

experiētiā remitto. Mēū autē iudicium ipse inter-
pretator. Complura enim deinceps corpora, non
puerorū modo uerū etiam infantium, adoleſcētiū,
& aetate florentiū, curioſe tangens, neutros uera lo-
cutoſ inueni, nec eos qui abſoluto ſermone calidio-
rem, nec eos qui frigidorem eſſe florentē etatē, q̄d
puerilem dixerunt. Si enim reliquias omnibus quae
extrinſecus adueniunt alterationibus circumciſis,
eas quae ex ſola aetate proueniunt, diſtentias eſti
maueris, ne uerū abſolute loquenti uidebitur tibi ca-
lidior. Quippe diſſident eorum calores qualitate,
quaes ex imparitate diſflatus creatur. Cuius rei oc-
caſione non nulli uel eos, qui ſecum uerſentur, uel
ſeipſos fallentes, alij puerorum, alij iuuenium, ualen-
tiorem eſſe calorem auſtumant. Eſt enim puerorū
calor magis halituſus, & copiosus, & tan-
genti blandior, florentium calor ſubacre quiddam
habet, ac non ſuaue. Hac igitur tangenti occurſus
diſtentia, plures inducit, ut florentium corpus
calidius eſſe pronuncient. Res uero aliter ſe habet.
Quippe qui in uaria materia tactum ſuum ad ca-
lorem, tum ualentiores, tum imbecilliorem,
tum parem diſcernendum exercuerit, huic nō du-
bito puerorū calorē, florentium calorī, uel parem
uel ampliorem uifum iri. Eſt porro exercendi ratio
haec. Incipiendum enim ab eo qđ euidentis maxime
eſt. Balinearū aer ita eſt aliquid calentis, ut nemo eum
muboni.

H ij ferat,

ferat. Sed ubi in eo uersatus uideatur. Aliquando
ita est frigidus, ut sudare in eo non sit. Iam tertium
quoq; & ab his diuersum, quem utiq; maxime re-
quirimus, temperatum aeris statum, quid refert
dicere. Idem tres caloris status, in solij quoq; ap-
parent aqua. Quippe quæ & calida adeo ut urat,
& frigida adeo, ut ne calefaciat quidē, & temperata
adeo, ut calefaciat modice, s̄æpe cernitur. Ergo si te
uter sit calidior perconter, aqua ne temperata, an
aer temperatus, neutrum dicere possis. Cum enim
ambo similiter corpori blanda sint, & medio aeri tē
perie, alterum eorum dicere calidius esse, alterum
frigidius, nulla dici ratione uidetur. Iam si intelligas
aquam labri, ea esse caliditate ut ferueat, aut aerem
balnei prorsus inflammatum, ab utroq; te pari mo-
do deurendum constat. Rursus si aquam ita intelli-
ges frigidam, ut procul a glaciando non absit, aut
aerem prorsus refrigeratum, sic ut cum n̄ingit, con-
spicitur, patet, quod utriusvis occursu pari modo
refrigeraberis, rigebisq;. Ergo summum tum colo-
rem, tum frigus similiter in aqua, similiterq; in aere
finge praeterea medium amborum extremorum
statum, simili modo in utroq; constitue, hoc casu
quod in medio interuallo extremorum, & medijs
status tū in aere est, tum aqua, easdem excessus di-
stantiæq; rationes habebit. Tantocq; dices alterū
mediocri esse calidius, quanto alterum. Adeundē
modum

39

modum & frigidius q̄z mediocre, tanto esse aquam aliquando dices, quanto & aerem. Tametsi suus utriusq; occursus tangent, idem non sit utricq;. Neq; enim simili modo aqua temperata sicut aer temperatus tactu afficit. Et quid opus est in tam dissimilibus exemplum proponam. Cum ipse aer qui simili sit calore, uarie tangent occurrat, prout alias ueluti caliginosus & halituosus, alias ueluti fuliginosus & fumosus: interim purus omnino est. Igit̄ in pluribus ijsdemq; differentibus æqualitas caloris consistit. Quæ in consyderatis quasi inequalis sit, imponit, præterea scilicet quod nō undequa-
q; similis apparet. Cæterum homo, qui rationes, quas proposui expenderit, & sensum in multa par-
ticularium experientia exercuerit, is nimirum æqua-
litatem caloris in pueris florentibus q; inueniet, nec
eo falletur, quod alter in humida, alter in sicca sub-
stantia representetur. Quippe lapis aliquando pa-
ri cum aqua calore esse potest, nullum eo faciente
discrimē, quod lapis siccus sit, aqua humida. Ita igit̄
mihi cum pueros iuuenes adolescentes millies con-
syderasse, præterea eundem infantem, puerum,
adolescentēq; factū nihilo calidior uisus est. Nec
puer q̄z ætate florens, nec ætate florens quā puer.
Sed tantum quemadmodum dixi in pueris magis
halituosus, & multus, & suavis: in florentibus exi-
guus, siccus, nec similiter suavis esse caloris occur-

H iij sus.

fus. Siquidem puerorum substātiæ, utpote humi-
dæ, multum foras effluit, florentium substātiæ
parum utpote siccæ. Itaq; neuter eorum simplici-
ter uidet calidior. Sed alter multitudine eius quod
diffat.: alter acrimonia. Quippe insiti caloris puer
plus habet, eiusq; blandioris, si modo ex sanguine
& semine ortū habet. In florentibus ætate, exiguis
& siccus, nec similiter suavis calor tangēti occurrit.
Ergo calidi, frigidic; corporis solus tactus est in-
dex: humidi aut & siccī una cū tactu, ratio. Quip-
pe qd' siccū est, durū prorsus est. At hoc tactu om-
nino dignoscit. Non tamē si quid durū est, idē sta-
tim & siccū est. Etenim inseperabilis a siccō corpo-
re duritia est: Non tamē eius unius propria. Nam
& quod a frigore concretum est, durum cernit si
cuit glaties. Quo utiq; minus siccī, humidic; adeū-
da statim discretio est, ante scilicet q; estimatū sit,
quemadmodū se in calore habeant & frigore. Ne-
q; enim siquid cum summo frigore representat̄ du-
rum, id etiam siccū est. Nec si quid cū uehementi ca-
lore est molle, idē statim est humidū. Verū cū me-
diocriter est calidū, tū estimare durū ne an molle
sit oportet. Si enim molle sit, humidū est: si durum,
siccū. Verum si hæc ita se habet partium, quæ in hu-
mano corpore sunt siccæ, nulla est humida. Nec
enim tanta esse in eo frigiditas potest, ut aliquid in
ipso concrescere in duriciem queat. Potest enim
quod

*poly tactus
humidus cal-
or a siccō dura-*

32

quod prius fuit fluxile, aliquando concrescere ueluti
adeps. Quod enim oleosum in sanguine, fluxileq;
& pingue est, ubi in frigidum uenit locum, co-
gitur: durum tamen ne sic quidem efficitur. Com-
mode igitur dictum ueteribus est, humidissimam
esse adipem. Secundo post eam loco carnosum ge-
nus. Eius plures sunt species, prima quidē equæ, p-
prie earo appellatur, quam scilicet nusq; in corpo-
re per se inuenies, sed est perpetuo musculi pars.
Ab hac cuiusq; uiscerū propria substantia est. Eā
Erasistratus parenchyma uocat. Qualicq; p re par-
ua, leuiq; habet, parum intelligens cuiusq; uisceris
actionem, huic carni acceptam referri: sed horum
non est nunc tempus. Quod autem ipsum cerebri
pulmonisq; proprium corpus proximū adipi hu-
miditatis ratione sit, ex mollicie eius coniectare li-
cet. Non enim a frigido congelatur, cū nec calore
fundatur, propinquam ijs naturam habet medul-
la. Non est tamen eiusdem generis cum cerebro &
spinali medulla, ea quæ in quolibet habetur osse.
Sed cerebrū & spinæ medulla eiusdem sunt gene-
ris. Reliquæ oēs medullæ alterius naturæ sunt. Est
tamen humidius ac calidius cerebrū, q; spinalis me-
dulla. Eoq; etiam mollius, præterea ipsius cerebri
priores partes tāto sūt hūdiōres, quāto moliores:
omnia tamē hæc cute nō hūdiora modo sunt, sed
etiam frigidiora, unoq; uerbo omne exangue frigi-
dus san-

coaguli
Frig. ratiō.

adeps

caro

vistra

h

cerebrū.
pulmo.

medulla

h

dius sanguine prædito est. Proxima cuti est mol-
lium neruorum natura. Duriores autem in humi-
do & sicco, secundum cutis naturam se habent. Ca-
lore ab eius natura tantum absunt, quātum conser-
tiens est exangue corpus a sanguine prædito abe-
se: lienis autem renū, & iecinoris caro, tanto cute
est humidior, quanto est mollior. Calidior autem
quanto magis abundat sanguine. Iam cordis caro
omnibus hrjs tanto est siccior, quanto est durior.
Calidior uero non modo his, sed etiam omnibus
plane corporis particulis. Quod etiam sensu clare
deprehendas licet, in pectoris animalis dislectiōe,
si digitum in sinistrum eius sinum immiseris. Inue-
nies enim locum hunc omniū, quæ in animali sunt
non paulo calidissimum. At iecinoris, lienis, renū,
& pulmonis caro, simplicis cuiusdam naturæ est,
circa cuiuscq; uisceris uenas, arterias, & neruos cres-
scens. Cordis, simplex carnis natura non est: sed
sunt in eo fibræ, quales in musculis cernimus, qui-
bus caro circumheret. Cæterum non est idem fi-
brarum genus, sed quæ in musculis habentur ner-
uorum, & ligamentorum sunt particulæ. Cordis
propria quædam fibrarum est species, atque scili-
cet ut uenarum, tunicæ, atq; arteriarum. Itemq; in-
testinorum, uentriculi uteri, & uesicæ utriusq; licet
enim in his quoq; instrumentis propriā quandā
uidere carnem, suis ipsorum fibris circumnascentē.

Atque

22

Atque hæ quidem carnes, cute sunt calidiores : fi-
bræ uero q̄ cutis partim paulo magis, partim pau-
lo minus, tum frigidæ, tum siccæ sunt, partim simi-
les omnino cutis substantiæ. Porro omnes mem-
branæ cute sunt sicciores, ueluti cerebri, & spinalis
medullæ inuolucra, quæ mininges dicuntur. Sunt
enim hæ quoq; membranæ. Iam ligamenta omnia
quanto cute sunt duriora, tāto sunt & sicciora. Ten-
dones quoq; tametsi ligamentis sunt molliores, at
tamen cute luculenter sunt duriores. Cartilago uero
post ligamentum deinceps est, præterea medi-
um quoddam inter ea corpus. Appellant id anato-
mici quidam ιαροχοιδεώδη σύνδεσμον, quasi uero
cartilagineum ligamentum dicas. Est autem id du-
rum, cartilaginosumq; ligamentum. Os uero om-
nium quæ cutis operit, durissimum est. At eorum
quæ ex cute extat siccissimus ē pilus. Deinde cornu
mox ungues, & unguilæ, & calcaria, & rostra, quæ
q; his in singulis animalium ratione carentium si-
miles sunt partes. Succorum optimus, & maxime
proprius, ac domesticus sanguis est, huius ueluti
sedimentum, ac sex, atra bilis est. Quæ idcirco tum
frigidior, tum crassior sanguine est. Sicut flava bi-
lis longe calidior, frigidissimum uero ac humidissi-
mum omnium, quæ in animali habentur, pīuita
est. Instrumentum autem quo id cognoscit, ipse
est tactus. Veluti Hyppocrates in libello de homi-

I nūs natura

entib
fitz.

Hyppocrate.

ligamēta
tendōnes

cartilago

ob

pīlū.
cornū.
unguis.
vñdo.
calcaria.
rost.

at̄ oīp et
pīp ūt̄.

nis natura monstrauit. Cæterum quod frigida sit,
unus tactus discernit. Quod uero humida quoq;
pariter tactus, uifus, & ratio iudicant. Et tactus qui
dem ac uifus, quod talis ijs cernitur. Ratio uero,
ubi non caloris copia, sed naturali humore talē esse
definiuit. Ac particulæ quidem & succi corporis,
adhunc modum se habent. De ijs, quæ temperamē
ta comitantur deinceps agendum. Comitāt enim
ea & quæ dicta iam sunt: immo potius inseparabili
lia omnino sunt. A sicco quidem corpore duritia,
ab umido mollices. Si tamen cum tepido calore
est: sed & crassitudo habitus, & gracilitas, tempe
rata sequuntur. Non ea modo quæ naturalia sunt,
sed etiam si qua ex longa consuetudine sunt contra
cta. Multos siquidem qui natura graciles fuerant,
pingues redditos uidi, contraq; qui pinguis fu
erant, graciles. Illis quidem ex otiosa & delicata uita,
toto temperamento ad humidius mutato. His ue
ro multa tollerantia, & curis, & tenui uictu per sic
catis. Dicemus uero & horum discernendorum no
tas. Satius enim est talis ne quispiam natura sit, an
ex consuetudine redditus nosmet per aliquot signa
discernere posse, q; ab alio id querere. Sane eius
modi signorum autor, æque ut reliquorum omni
um, mirus est Hyppocrates. Si quidem quibus
cunque latiores uenae sunt, hi calidiores natura
sunt. Quibus angustiores, contra magis frigi
di. Ca-

*cata vena
et nā.*

etiam in I

di. Caloris nanc̄ opus est has dilatare, flatuq; ex-
tendere. Ita rationabiliter in idem fere recidit uena-
rum angustia, cum habitu pingui, & crassiore, habi-
tus gracilis cum uenarum laxitate. Quod si quis si-
mul pinguis, crassusq; ē, ac uenas laxas habet, is cō-
suetudinis alicuius occasiōe nō natura pinguis est
redditus. Sicut ediuerso, si quis angustas habet
uenas, & gracilis est, ne hunc quidem talem esse
natura necesse est. Quin cum fames urget medio-
critatem ex laxitate uenarum, & angustia, non a
cetero totius corporis habitu spectandā esse ait.
Quippe qui angustas habent uenas, exigui sunt
sanguinis, nec longam inediā ferunt. Quibus
late, his copia sanguinis est, & citra noxam ci-
bo abstinentur. Causæ horum euidentes iam
sunt, ijs qui animum aduerterint, tametsi a me non
referantur. Sed quoniam non omnes aduertunt,
necessum fortasse erit aliquid eorum causa dixi-
se. Quicquid in sanguine pingue, lene, & te-
nue est, id in calidioribus corporibus alimentum
quoddam calido fit. In frigidioribus seruatur.
Cunque id uenæ transmiserint ubi in frigidas par-
ticulas incidit, quod genus membranæ sunt in ijs
concrescit. In partibus uero natura calidioribus,
cuiusmodi carnosæ sunt, a calorē ipso absumi-
tur, ac digeritur. Nisi sic ubi frigiditati tempera-
menti etiam uictus indulgentior, ipsis carnosis par-

I ii ticulis

occasions
dignis.

famis
inditia.

partibus
modi mani.

ticulis adipis aliquid allinat. Quia ratione etiā quæ
hieme delitescunt animalia, non raro inueniuntur
adipe obesa. Et foeminae uiris sunt pīguiores. Qd'
feminae
obesa scilicet foemina mari est frigidior & plurimum do-
miuersatur. Ac quicunq; corporum habitus & tē-
peramenti natura sunt & mediocri exercitatione
utuntur, hos necesse est eusarcos esse, id uero est
eusarcos mediocri omnino corporis habitu. Quibus uero
humidū abundat, & calor a mediocritate summa
Frigidit non longe abest, hi corpulenti, siue carnosí fiunt.
Corpulenti rursus fiunt, qui natura sunt tempera-
ti. Cæterum desides & otiosi uiuunt. Quippe di-
*B*ctum a ueteribus commodissime est, consuetudi-
nem acquisititiam esse naturam. Nec fortasse opor-
tebit cum id iam semel dixerimus, in quouis etiam
capite definire natura ne frigidior, an ex consuetu-
dine quispiam sit redditus. Sed illud legentibus re-
mittere. Me autem cōpendij causa proprios cuiq;
temperamento corporis habitus persequi. Sūt igi-
tur nonnulli qui & graciles sint, & uenas paruas ha-
*R*beant. Sed si ex ijs quempiam incidas, adeps exci-
det. Quam constat cuti, ad internam eius membra-
nam subnasci. Et raro id quidem in uiris conspici-
tur: in foeminis sēpissime inuenitur. Est nanq; tum
frigidioris naturæ, tum uitæ magis desidiosæ eius-
modi nota. Si quidem adeps ex habitus frigiditate
gignitur, Corpulentia, siue carnis abundantia ex
sanguinis

35

sanguinis copia nascitur. Mediocritas temperatae
naturae est nota. Et corpulenti quidem, omnino plus
adipis habent quam temperati. Nec tamen pro carnis
semper portione adeps simul augetur. Sed alios ha-
bere plus carnis, alios plus adipis uideas, alios am-
bo pari modo sunt adaucta. Et quibus quidem am-
bo pari modo sunt aucta, his tantum supra tempe-
ratam naturam humoris est, quam & frigoris. Quibus
autem plus est adipis, in his frigidus plus est, quam hu-
midi. Eque ut quibus caro est plenior, his humo-
ris plus iusto est. Non tamen etiam frigoris. Cum
enim calor intra debitos fines manenti, boni san-
guinis accedit copia, necesse est corpulentia sequa-
tur. Quantum autem supra mediocritatem esse san-
guis debeat, id quidem mensura & pondere, ostendere non est. Ratiōne tradere licet. Quippe ubi nul-
lum aīhuc morbo sum symptomata, crassato corpo-
ri incidit, humoris abundatia intra sanitatis interim
est fines. Monstratum enim nobis & in alijs est,
non parvam in eo statu, quae sanitas dicitur, necessa-
rio statuendam esse latitudinem. Quin nunc quo-
quam in omni fere sermone nostro apparet. Qui tem-
peratam, mediumque naturam, reliquarum ueluti ca-
nonem semper statuamus. Quae uero ex huius ultra-
que sunt parte, intemperatas ceseamus. Quod utique
non faceremus, nisi in sanitatis statu, maioris, mino-
risque ratio inueniretur. Est enim alia sanitatis, alia

I in morbi

*modi intemperies. Morbi quidem ea quae a me-
dia temperie longissime abest. Sanitatis qua^e pau-
lum, definire autem modum ne hic quidem men-
sura, & pondere licet. Ceterum intemperamenti,
quod intra sanitatem habetur sufficiens nota est: quod
nulla functio animalis manifeste sit adhuc laesa. Quā-
tum igitur interiuallum est inter id, quod perfectissi-
mē functionem obicit, & id quod manifeste actio-
nem aliquam habet oblesam, tanto est profecto &
sanitatis, & distēperantiae, quae intra sanitatem cōsi-
stit latitudo. Ab hac proxima est intēperies morbo-
sa, cū scilicet aīal intemperamenti uitio ægrotat. Nō
enim huius tantū noxa laborat: sed etiā alijs affecti-
bus nō paucis, de quibus in ijs, quae de morborum
differentijs scribemus, diffusius agetur. Nunc re-
deundum ad diuenticulum est: Sicut enim natura-
li calore optimam seruante temperiem, humidum
quod intra sanitatis terminos est auctum, non adi-
pem modo in homine, sed etiam corpulentiam gi-
gnit, & adipem quidem partius adiicit, carnem ue-
ro multo liberalius auget. Ita rursus, si humidum &
siccū mediocritate ad unguē inter se seruēt, calor au-
tem in homine sit minor, necesse est huius corpus
adipe, q̄; carnis copia magis abūdet. At uero si ca-
lor augeatur, seruetq; mediocritate altera cōtrarie-
tas, minus erit ei aīali adipis q̄; carnis. Sicut ediuer-
so si qñ pollet siccū, altera contrarietate mediū mo-
dum*

dū seruante, & gracilius & durius, corpus euadet.
Hæc a me dicta sunt, patetq; nō solū rōne mōstra-
tū esse qd' simplices in aīaliū corporibus tēperies
habent, sed etiam quod singularum manifeſte ſint
notæ. Nec eæ modo in calorē, frigore, mollitie, &
duritie: ſed etiā in reliquis omnibus habituum cor-
poris differentijs. Quarum de ijs, quæ ex gracilita-
te & crassitudine ſpectantur mox diximus, de reli-
quis nunc dicamus. Calida igitur & ſicca intempe-
ries hirsuta eſt, uerū ea in ſummo. Mediocriter aut̄
quæ calida quidem eſt, ſed in altera contrarietate
mediocritatem habet. Similiter & quæ ſicca quidē
eſt, ſed in calido & frigido media eſt tēperie. Eſt
enī ea quoq; modice hirta. Nuda pilis ſunt frigida
oīa tēperamēta, ſiue ea mediocriter ſe habent in hu-
miditate, ſiue immodice. Cæterum ad ſummū gla-
bra eſt frigida temperies & humida. Minus hac,
quæ frigida eſt, ſed in altera contrarietate tem-
perata. Ad huc minus, quæ frigida eſt & ſicca.
Quanquam putet aliquis ſicut fieri non potest,
ut in terra ſicca herbæ naſcantur, nutriantur, & in-
crementum capiant, ſic nec pili in ſicca cute. Eſt au-
tem ſecus. Quippe terra, ut terra ſicca dicitur. Cu-
tis, ut cutis: itaque ſiccitas, quæ in terra eſt, maxi-
me ſine humore eſt. Quæ uero in hominis eſt cor-
pore, & eius ſimiliū animalium, nec humoris eſt
expers, & maxie omniū ad pilorū generationē eſt
idonea.

idonea. Siquidē ex ijs quae silicea testa intacta sunt,
nec crustatis, ueluti ostreis, locustis, cancris: sed
nec ex ijs, quae in cauernis delitescunt, quales sunt
serpentes, nec quae squamata sunt, cuiusmodi sunt
pisces, oripili possunt. Sunt enim horum cutes ue-
re, atq; in totum siccæ ritu testæ, uel petræ. Cæte-
pilos
oribz
adibz
terragz
oribz
rum ex his, quae molli sunt cute, ut homo, quanto
utiq; siccior calidiorq; cutis fuerit, tanto magis po-
test pilos gignere. Nā ut ab exēplo terræ, qd illi p-
ponūt, nō recedamus: herbæ nec in siccā & lqualē-
te ad modum terra nasci possunt, nec in humida &
lacustri: uerum cum absimi ceperit, redundatia hu-
moris, tum enascuntur e terra. Augentur autem lar-
gius, ubi hæc quoq; siccescit: modice quidem in ue-
re, celerrime uero & plurimum ineunte æstate. Sic
cantur autem omnino, arefacta terra, æstate iā me-
dia, licetq; tibi (si placet) nunc quoq;, sicuti in prio-
re libro demonstratū est, uer ipsum, propterea qd'
ex temporib; anni temperatum est, temperati cor-
poris id assimilare cuti, potissimumq; huius tem-
poris medium. Tum enim terra quoq; ipsa, medio
quodam statu humoris, siccitatisc; est. Quod autē
ueris æstati est proximum, id iā sicciorē iusto
reddidit terram, hoc etiam amplius, æstas inchoa-
ta, Quam igitur dico calidam, & siccā cutem hāc
maxime terra statui assimiles quae abeūte sit uere,
uel ineunte æstate. Nam media æstate in summo
est siccā

est siccata perinde ut testa interiorum animalium regnum
 non ut hominum, suum, a simorum, equorum, aut al-
 terius cuiusquam eorum, quae pilis uestitur. Qua-
 re si cutem terrae comparare uolunt, haec tenus quo-
 que rem consentire cum ijs, quae prius diximus in-
 uenient. Ipsi uero se ex enonymia non animad-
 uerba falluntur. In siccata enim & calida cute multos ma-
 gnoscet nasci pilos diximus. Nimirum ut de homi-
 ne uel animali pilis praedito, non de ostreis, aut can-
 eris uerba facientes. Quippe per omnem cutem di-
 geritur semper aliquid a calido, quod secum etiam
 interni humoris non nihil aufert, uerum in quibus
 humida cutis est, & plane mollis, qualis modo con-
 crescens caseus in his eorum quae exciderunt, uiae
 per cutem non manent, partibus scilicet eius, quae
 prius dissidebant, rursus inter se unitis. At in quibus
 dura est, non absimilis caseo iam coacto, perfora-
 tur quidem eorum quae exent transfluxu. Cum au-
 tem rursus uniri per siccitatem nequeat, meatus ipsos
 immutatos seruat. Qui etiam perpetuo transflu-
 tium istu assidue magis fistulantur. Si igitur quod
 transfluit uel halitus uel humor purus sit, halitus cer-
 te celer, minimeque impeditus transitus est, humor in
 exilioribus spiramentis non nunquam hæret. Aliquid
 etiam intro recurrere ad profundum cogitur. Sin
 uelui fuliginosus, crassusque, et terreus uapor sit, sub
 inde contingit ut in angustis spiramentis impacius:

K nec facile

*ratio
calvitie*

nec facile rursum intro redeat, nec vacuari possit.
Hunc igitur alius rursum e profundo subiens ferit,
prorsumq; impellit, tum hunc rursus alter, atq; illū
alius. Ac multos mihi eiusmodi uapores, fuligino
sos alium super alium impactos, temperie compli
cari, coniungic; intellige, ac unum eiusmodi effice
re corpus, quale est ea, quæ foris cernitur fuligo,
nisi quod his inquantum spissatum est, intantum
etiam per transitus angustiam stipatum, in angustā
prorsus redactum est formam. Vbi autem tale cor
pus totum obstruxerit meatum deinceps iam uio
lenter iustum, a similibus sui quibus exitus non est
excrementis, totum interim propellitur. Adeo ut
cute exire cogatur, iam lori formam adeptum. Ad
similes autem, quod in meatu est impactum, her
bae, stirpis ue ueluti radici. Quod uero ex cute ex
eat, ipsi ueluti stirpi, fit autem niger pilus, cum deu
sto ui caloris uapore, excrementum in exactam fu
liginem mutatur, flauus uero, cū uapor minus tor
retur. Quippe quod tum est impactum flauæ bi
lis, non nigræ feculentum excrementum est. Albus
uero pilus ex pituita nascitur. Rursus sicuti coloris
flavi albic; est medius, sic eius generatio ex pituito
sa, biliosac; fecis media quadā natura puenit. Cri
spi pili fiunt uel propter siccitatem temperamenti
uel propter meatū, in quo radican. Et propter sic
citatem quidē, ad eum modū quo corrigiæ, quæ igni
plus

color pilorum
in deo capitulo

cripsi pilorum
modo orientis

plus iusto siccantur. Et quid corrigia um meminis-
 se est opus, cū ipsos pilos, ubi igni proprius sunt ad
 moti, protenus intorqueri uideas. Atq; ita quidem
 omnes Aethiopes sunt crisi. At propter meatum
 in quibus radicantur naturā, ad hunc modum Cū
 exhalatio s̄æpe imbecillior est, q; ut rectam viam si-
 bi moliri possit, pro modo quo inflectit, etiam me-
 atū suū figurat. Interū uero exhalatio satī ualēs est.
 Sed diuīore cutis natura, recta ferri regione pro-
 hibita, in latus flectitur; ita ut extrinsecus uidere li-
 cet, nō halitū modo, aut fumū, sed etiā flammā ipsā
 cū sursum agi uetatur, diuisam utroq; uersus in ob-
 liquum agi. Sic igitur corporis exhalatio, ubi pror-
 sum agi prohibetur, obliquum sibi transitū sub cu-
 te molitur. Donec longiore spatio collectam, ali-
 quid eā urgeat, & foras flatu agat. Est qñ ambo-
 bus coeuntibus, & prima exhalationis, quæ mea-
 tū finxit imbecillitate, & cutis siccitate, obliquitas
 pilorū radicibus contingit. Quales autem in radi-
 ce finguntur, tales rationabile est perpetuo fore.
 Neq; enim durorum & siccorum corporum quip-
 piā, nisi prius moliat, singi in rectū pōt. Atq; hæc
 quidē est pilorū generatio. Sequens est, ut causas
 omniū, quæ tēperamētis i pilorū pætate regiōe, &
 corporis natura differentijs cōtigūt, dicamus. Er-
 go Aegyptij, Arabes, & Indi, oēs deniq; qui cali-
 dā & siccā regionē incolunt, nigros, exiguiq; incre-
 K ij menti,

menti, siccis, crispis, & fragiles pilos habent. Contra qui humidam, frigidamq; regionem habitant, Illyrii, Germani, Sarmatae, & omnis Scytica plaga, modice auctiles, & graciles, & rectos, & rufos optinent. Qui uero inter hos temperatum colunt tractum, hi pilos plurimi incremēti, & robustissimos, & modice nigros, & mediocriter crassos, tum nec prorsus crispis, nec omnino rectos edūt. Et in aetatis tibus adeundem modum infantium quidem pili Germanis Florētum aetate, Aethiopibus, Ephborum, & puerorum, ijs qui temperatum locum incolunt, in robore, crassitudine, magnitudine, & colore, ad portionem se habent. In corporum quoque naturis ad aetatum, & regionum portionem pilis se habent. Pueri enim admodum parui nudi sunt pilis. Quod utiq; nec meatus adhuc ullus illis in cunte est: nec fuliginosum excrementum. Incipientes autē pubescere, paruos, & imbecilles exigūt. At qui iam florēt ualētores, & multos & magnos, & nigros habent. Quod & frequentes iam meatus ijs sint facti. Et fuliginosis exrementis, præ siccitate, & calore abundant. Ceterum pilis, qui in capite supercilijs, & cilijs habentur, etiam pueris nobis inasciuntur. Si quidem generatio ijs est, non qualis herbis, sed qualis stirpibus, prima ratione a natura conditis, non temperamentum ex necessitate sequentibus. Sicuti in libris de usu particularum est monstratum:

Bonacor
causa.

39

stratum; uerum hi quoqz quod quidem sint, id na-
turæ arti acceptum ferunt. Quod nigri, rufi ue, uel
alio quouis sint colore, id ætatis temperamentio om-
nino debent. Subrufi enim fere sunt, quoniā quod
in meatibus est impactum, nondum totum est ni-
grum. Quippe cum humiditas multa sit, & transi-
tus facilis & deustio imbecilla. Boni uero incremē-
ti, & modice crassi sunt, propter excrementorum
quibus aluntur, copiam. Quippe ipsa pars corpo-
ris in qua fiunt, sicca est. Tota nāqz calua ossea est.
Cutis uero, quæ illi est circundata, tanto reliqua to-
tius corporis cute est siccior, quanto etiam est du-
rior. Ascendit tamen tum ab ijs, quæ circa cerebrū
sunt, tum uero ex toto corpore, fuliginosi exremē-
ti non parua uis. Quo sit, ut quale, ætate florenti-
bus, totum est corpus, eiusmodi iam infantibus sit
capitis cutis. Eoqz rationabilius nonnulli procedē-
te tempore calui redduntur. Quibus scilicet a pri-
mo durior cutis erat. Quippe monstratum prius
est senescentium partes omnes siccescere. Fit autē
cutis non paucis uelutī testacea, ubi supra iustū fu-
erit siccata. In ea uero sicut ex prioribus constat ni-
hil nasci potest. Itaqz etiam interna manuum, & in-
ferna pedum, semper glabra, & pilorum expertia
sunt. qdz siccissimis, densissimusqz sit tendo is, qui
sub cute habetur. Quibus autem ad summam siccii-
tatem, cutis capitiz non prouenit, imbecilli his om-
niis super

K iij nino

*ratio
calvitiei*

cavita
cavata

nino, albicq; pili fiunt, quos vulgo, canos appellat.
Imbecilli quidē, cōuenientis alimenti penuria, albi
uero propterea quod alimentum quo aluntur, ue-
luti situs est pituitae, quæ spatio computruit. Vbi
enim meatus etiamnum manet, excrementum ue-
ro exiguum est, & lētum, ac languide a colore pro-
pellitur, nō dissimiliter putredini afficitur, iam cal-
ui fiunt homines. consenserunt, a sincipite magis.
cavitas
a tempore
oritur

Cancscunt magis a temporibus, quoniam illud om-
nium capitis partium est siccissimum. Hæret enim
cutis illic ossi nudo, tempora uero humidiora sunt.
Quod in his musculi magni sub cute habeantur.
Omnis autem musculus carnosus sit. Caro, tum
osse, tum cute humidior. Est autem ei quod dici-
mus diligenter attendendum, ne imprudentes nos
metipso fallamus. Scuti se fallunt multi ex ijs, qui
optimi uisi sunt medici. Qui si quem caluum vide-
rint, statim huic siccum esse totius corporis tem-
peramentum putant. Nec enim simpliciter ita cō-
iectari oportebat. Sed prius illud desinire præstite
rat, humanū corpus alijs æquabili per totum tem-
peramento esse. Alijs, nec ijs paucis inequabiliter
esse affectū. Cū eorū aliæ particulæ mediocri & iu-
sto sunt hūidiore; aliæ frigidiores, aliæ sicciores,
aliæ calidiores, aliæ pr̄sus tēperatæ, ac mediocres.
Porro huic maxime esse attentos cōuenit, ubi cor-
poris tēperat̄ estimamus. Quippe si totum corpus
omni tēperat̄ K
æquabiliter

40

æquabiliter conditū sit, omnēcū partīū iter se cōpe-
tētiā in latitudine, longitudine, & altitudine seruet;
pōt utiqzæquabiliter attēperatū esse id corpus. At
si cui corpori Thorax collū, & hūeri maximī sunt,
lumbi parui, angustiç, & crura gracilia atqz sicca,
quomodo id dixeris omnibus particulis similiter
affectum? Quin si crura ei crassa sint, & lumbi lati.
Thorax uero angustus, ne id quidē oībus parti-
bus equabiliter est tēperauū. Sūt alia corpora, qui-
bus maximū est caput: alia quibus paruū, quale pa-
sseribus. Iā crura alijs blesa, alijs rara. Artuū quoqz
extrema alijs gracilia sunt, alijs crassa. Et thorax alijs
ut dictum est, latus alijs tabulæ ritu angustus, quos
Græci σανθάλεις uocant. Vbi uero opertæ sca-
pulæ illis, siue carne ūdicqz plenæ sunt & alarū mo-
re pronæ, nominantur a medicis eiusmodi naturæ
Græce πτερογύμναι. Quantopere hæ sint uiciatae
deperdito his paulo minus omni interno spatio,
quo pulmo, & cor sūt sita, neminē latet. Innumeræ
uero aliæ particularū corporis plane affectiōes sūt.
Vbi id a naturali analogia, p̄tinus in utero matris
ad inaequalē intēperiē est mutatū. Minime igit̄ in
corporib⁹ id genus, ex unica particula cōiectan-
dū de toto est. Nec enī hi qui mores ex īgenio cer-
poris docere p̄fitēt, simpliciter de oībus p̄nūciāt.
Verū ipsi quoqz experientia docti, si quis impense
hīto est pectore. Hunc audacem iudicāt, si cru-
ribus est

pectora
angustia.

} ex p̄ficiōnē.

ribas est hirtis, salacem. Non tamen causam etiam
adjiciunt: nec enim cum pectus habere leonis simi-
le dicunt. Crura uero hirco, iam primam causam in-
uenerunt. Siquidem cur leo quidem audax, hircus
uero salax sit, ratio etiam inuestigandum exigit, ha-
c tenus enim quod in re fieri cernitur dixere. Causam
tamen eius omisere. Cæterum is, qui naturalis specu-
latione est exercitatus, sicuti aliorum omnium, ita
hocum quoq; causas inuenire tentat. Propterea en-
im quod inequali partium temperamento sunt, non
leo modo & hircus, sed etiam cæterorum pleracq;
animalium, idcirco ad alias actiones aliud est pro-
num. Ac de his quidem Aristoteles commode tra-
ctauit. Sed quod ad rem propositam est utile, id ita
apparet. Hominum scilicet temperamenta conſy-
derantibus, singulas partium per se examinandas
eſſe. Nec si cui thorax hirsutus eſt, huic totum cor-
pus calidius, ſicciusq; ex neceſſitate putandū. Sed
plurimum in corde caloris eſſe, Eoq; audacē: poſ-
ſe uero aliquando etiam huius ipſius rei occaſione
accidere, quo minus totum hiſ corpus ſimili er cali-
dum ſiccumq; ſit; quod ſcilicet plurimum caloris
ſursum huc spirauerit, atq; in ambientem abierit.
Nam ſi tota corporis temperies eſt æqualis erit hiſ
ſtatim thorax ipſe uniuersus latifimus, uenae am-
plæ, arteriæ magnæ, eadem maxime, uehementiſ
ſimeq; pulsantes, tū plurimi per totum corpus pili.

No uadis

Atq; hi

41

Atq; hi quidem in capite plurimi in cremeti, nigri,
& crisi. Ut in prima aetate, procedenti uero tem-
pore caluities excipiet. Quin etiam eiusmodi ho-
minibus cum æqualiter sunt attemperati, & robu-
stum, & exacte deliniatum, & musculosum totum
corpus erit. Tum cutis nigrior, durior, atq; hirsu-
tior. Ad eundem modum, si contraria omnia in tho-
race sint, ac æqualis in toto corpore temperies ui-
geat, id est, si humidiores & frigidiores uniuersæ
corporis partes sint, thorax quidem angustus, &
glaber erit. Sicuti etiam totum corpus pilis nudū.
Cutis uero mollis & alba, capilli subrufi, potissimum
in iuuentute, hi in senectute non caluescunt, tumi-
dicq; statim & ignauit, & segnes, adde etiam paruis
uenis, ac minime conspicuis, & adiposi fiunt. Idem
neruis, musculisq; imbecillis, & artubus, parum ex-
acte deliniatis, & blesis. At ubi uaria partium tem-
peries est, ex una earum pronunciare de toto cor-
pore non licet, sed adeundæ singulæ sunt: estiman-
dumq; quo temperamento uentriculus, quo pul-
mo, quo cerebrum, ac reliquarum per se unaqueq;
seorsum sit. Atq; haec quidem ex functionibus no-
scenda. Cum nec manuum contrectatioe, nec ocu-
lorum inspectione inuenisse temperiem eorum sit.
Simul autem pensandus, & continentium ea par-
tium affectus est, quarum omnium extrema est cu-
tis. Haec in nostra regioe, quæ utiq; temperata est

L subiecta-

delinatio
corpore

corp. frig.
et fuid.

B

parte de toto
individuo no
stat.

prob quo
admixtio

onit Inditio
subiectarum partium naturam prodit. Quanqz nec
in ea simpliciter loquenti omniū. Sed duntaxat ea-
rū, quæ similiē habent cuti temperiē. At in his qua-
sub ursa & sub meridie sunt locis, quoniā corporū
quæ i altero sunt, calor in altū a circundante extrin-
secus & uicente frigore est fugatus. Alterorū in cu-
tem, ab extremo calore attractus prodijt, non licet
ex eo affectu, qui in cute cernit, internarū particula-
rum temperies clare discerni. Quippe corporis tē-
peries in regionibus, ijs quæ a temperie recesserūt,
i equalis uisitatur, externis scilicet, internisqz partibus
ad eundem se modū non habentibus. Gallis enim
& Germanis, & omni Thracio, ac Scithico generi
frigida, humidaqz cutis est. Ideocz etiam mollis, al-
ba, & pilis nuda. Omnis uero naturalis his calor in-
uiscera una cum sanguine confugit, ubi dum agita-
tur, & premitur & feruet, iracundi, audaces, &
præcipitis consilij redduntur. Ethiopibus uero &
Arabibus, omnibus denique ijs, qui ad meridi-
em incolunt, natura cutis ex ambientis æstu & na-
turali calore foras acto, uista, dura, sicca, & nigra
redditur. Toto corpore naturalis quidem caloris
exiguam optinente portionem. Sed alieno, atqz
adscito incalescente. Quippe id quoque ab Aristo
tele in multis est traditum. Estque illi, si alteri ulli
attendendum, ac in singulis corporibus estiman-
dum suo ne & proprio, an ascititio calore incale-
ant.

42

ant. Quæ enim putrescunt, omnia adscititio calore
sunt calida, proprio frigent. Qui meridianam pla-
gam incolunt adscititio calore sunt calidi, proprio
frigidii. Iam apud nos quoque naturalis calor hie
me est uberior, adscititius minor. Aestate contra
adscititius maior, naturalis minor. Omnia namqz
hæc definiat oportet, qui recte temperamentum
est cognitus. Neque enim omnino si cutis ni-
grior apparet, iam totus homo calidior est. Sed si
ita est, cæteris omnibus simili modo se habenti-
bus. Siquidem si alter in sole uersatus diutius est.
Alter in umbra, illi nigrior, huic albidior cutis erit.
Verum hoc ad totius temperamenti alterationem
nihil facit. Ipsa namque cutis sub sole diutius habi-
ta siccior, in umbra, humidior euadet. Non ta-
men naturalis temperies, uel iocinoris, uel cor-
dis, uel alterius cuiusquam uisceris, statim mu-
tabitur. Optimum igitur fuerit, sicuti prius est
dictum, cuiusque seorsum particulae tempera-
menti notas comparasse. Verbi gratia uentri-
culi, si is bene concoquit quod temperatus sit.
Si non bene concoquit, intemperatus, si nidoros-
os, uel fumulos edit ructus, quod igneus in eo ca-
lor sit. Si acidos, imbecillus & infirmus. Simili-
modo, si qui bubulam, & omnia quæ concoctu
difficilia sunt: concoquunt, quod eorum calor
simodicus sit. Si qui hæc concoquere nō ualeat, sed
auisq

L ij faxatiles

R
naturæ
adscititio

Aomadgi
andigo.

saxatiles pisces, & talia concoquunt, infirmus. Vi-
dendum autem his rursum, nūm succi alicuius, qui
abunde confluat, culpa eiusmodi symptomata uen-
triculo accidat. Alijs enim ex capite pituita, alijs fla-
ua ex iecinore bilis, in uentriculum confluit. Rarū
tamen hoc cernit & paucissimis contingere. At cō-
pluribus a capite defluit pituita. Atq; id maxime
Romæ, ac locis perinde humidis. Cæterū & quod
raro accidit consyderandū. Nihilq; pro superfluo
habendum, aut negligendum. Siquidem ipse uidi,
quibusdam perq; pituitosis hominibus, multam
tamen in uentriculo colligi flauam bilem, quam cū
ante cibum aqua uino ue epoto, euomere debuiſ-
sent, si quid ciborum priusq; uomeret, gustassent,
& hos corrumperent, & capite dolerent. Cum hos
quidam natura biliosos esse crederent. Quāquam
essent toto corpore molles, & candidi, & glabri, &
adiposi, & uenis, ac musculis parū conspicuis, præ-
terea exangues, nec tangentibus admodum calidi.
Vidi & qui bilem nunq; uomuerunt, qui tamen &
graciles, & hirsuti, & musculosi, & nigri, & uenosí
fuerunt, affatimq; calidi, si quis tangeret, uideban-
tur. Cuiusmodi habitu Eudemus philosophus e-
rat. Sed incidit hoc loco speculatio quædam anato-
mica, id est, quæ ad corporum dissectionem per-
tinet, quam aliqui medicorum, ignorantes, ex sym-
ptomatum dissonantia, magnopere anguntur, dū
parum

*ratiō 6
niādi.*

*figna
ditract.*

figna dolo.

43

parum intelligunt meatum illum, per quem iecur
bilem in uenitriculum euomit, alijs gemini m esse,
alijs unicum, id quod in quadrupedum dissectio-
nibus uidere licet. Ac plurimum quidem unicus is
est, in id intestinum quod pylori, id est, exitus fun-
di uentris, & ieuniū medium est, insertus. Græci
medium id γαστρὸς ἐκφυσήν, quasi quiddam e uentre
enatum uocant. Vel si geminus meatus sit, in ecphy-
sin illam maior inseritur, minor in fundum uentri-
culi paulo supra pyloron. Inuenit, sed tamē in pau-
cissimis, superior pars maior, inferior minor. Cate-
rum quibus est maior, his in uentrem quotidie nō
exiguum bilis effunditur. Quam & euomant ante
cibos oportet, & nisi id faciant, lædūtur. Quibus
autem unicus est omnino meatus, his tota bilis cō-
fluit in ieiunum. Quanam igitur ratione dignoscē-
re hos licebit? Nec enim dissecandos esse uiuos
censeo, primum certe totius corporis temperamen-
to, ueluti paulo supra est propositum. Deinde ijs
quæ infra excernuntur. Eudemus enim biliosa me-
ra, perpetuo per sedē excernebat: utpote, qui mul-
tam collegit bilem, cuius nihil in superiore uen-
trē peruenit. Reliquis, qui scilicet & pituitoso erant
corporis habitu, & bilem uomebant, his haudqua-
t̄ erat alius biliosa. Quippe cum & minimum fla-
uae bilis gignerent, & eius plurima portio in supe-
riorem uentrem peruenirent. Tertium notæ genus

L iij in ipsis

*meatus bilis
geminus*

*ratio fridi 2
meatus bilis*

3

in ipsis est uacuatis. Nam quibus in uentre bilio-
sum excrementum gignitur, id porri uiorem præ-
fert. At quibus ex iocinore descendit, his uel plane
flauum est, uel omnino saltem pallidum. Præterea
quibus i uetriculo bilis illa gignitur, quæ porri co-
lorem imitatur, debet omnino his cibis fuisse, non
panis, non suilla caro, simile ue aliquid: sed necessa-
rio aliquid, quod his calidius fuit, necq; id boni suc-
ci. Quibus autem ex iocinore in uentrem defluxit,
his flaua ea, pallida ue euomitur, etiā si boni impris-
mis succi fuit, quod sumpserunt. Etiam si ad sum-
mum fuit concoctum. Imo uero magis ipsis qui ad
unguem concoixerunt, flaua uomuntur. Atq; etiā
magis his qui diutius cibo abstinuerunt. Quæ ue-
ro bilis porrum refert, ijs solis gignitur in uentre,
qui utiq; concoixerunt male. Quin etiam sollicitu-
do, ira, dolor, labor, exercitatio, uigilia, abstinentia,
& inedia, succi flauæ bilis plus aceruāt. Propterea
quod plus eius succi in iocinore gignunt. Sunt igit
tum hæc certa indicia, tum ad hæc, quo ubi siccum
& igneū uentricoli calorem, cōuersio ad biliosum
sequitur, panis, & suilla, & bubula caro, commodi-
us q; saxatiles pisces concoquuntur. Cum si ex ieci-
nore bilis affluat, ex comestorum mutatione nul-
la secutura sit concoctionis diuersitas. Atq; his qui
dem discernitur, quod non temperamenti, sed alte-
rius cuiusquam gratia prouenit. Ad eundem mo-
dum

Bilioſi
Indicia
Crononat

dum si defluens a capite in uentrem pituita acidi
 ructus causa est, conueniet simili ratiōe hic quoq;
 a uētris proprio affectu hanc discernere. Equae ue
 ro & capitis dolores ex propria ne eius intempe
 rie, an propter uentris aliqua excrementa incident
 discernendi. Iam cerebrum ipsum cuius sit tempe
 ramenti, per se estimare est satius, c^t ex corporis
 totius affectu. Ipsius autem per se consideratio, ex
 canicie, catarris, tussi, distillatione, & faliuæ copia
 initur. Quippe quæ omnia id frigidius, humidius
 q^c esse doceant. Atq; his amplius si ex leui qualis
 bet occasione, in hos deuenit affectus. At caluitics
 ex siccitate prouenit. Nigorū aut & frequentiū pi
 lorū prouentus, equalis in cerebro temperamen
 ti nota est. Ergo ad hunc modum de temperamen
 tis ineunda nobis cōsideratio est. Quanc^y scilicet
 particulā seorsum prop̄dentibus, nec ausis ex una
 pronunciare de omnibus. Quod utiq; nōnulli fece
 runt, qui resimos, hūidos, adūcos, sic cos esse dixe
 rūt. Et quibus parui sunt oculi siccōs. Quibus ma
 gni hūidos. Atq; de hoc quidē parū inter eos cō
 uenit. Alij nanc^y eorum, qui scilicet humidis parti
 culis oculos adnumerāt, ubi eos maiores uidēt, iñs
 hūditatē tēperamēti possere existimāt. Alij caloris
 uehemētia, qui iñ p̄ia formatiōe fursū cōferti magis
 copiosiorq; ferebat, n̄ oculos mō, uerū etiā os ipsū
 et reliquos oēs meatusāpliores factos aūt, ita n̄ hū
 ditatis

*note 281
cōsideratio*

*Andition ex
omnibz.*

*centri magis
q; fōntē.*

ditatis id, sed caloris indicium esse. Verum ambo a
ueritate aberrant, uno modo, coq; cōmuni, quod
unius particulæ occasione de toto corpore pronū
ciare sunt ausi. Altero qd' formaticis in natura uirtu
tutis, quæ artifex facultas est, & particulas secundū
animi mores effingit, parum meminerunt. De hac
nanc; Aristoteles dubitauit: nunquid diuinioris
originis sit, atq; a calido, frigido, humido, & sicco,
res diuersa, quo mihi minus recte facere uidentur,
qui tam temere de rebus maximis pronunciant, &
solis qualitatibus formandarum partium causam
assignant. Rationabile enim est, hæc organa esse,
formatorem aliū. Sed & citra tam arduas quæstio
nes, inuenire licet, sicut ostendimus, humidam, sic
cam, frigidam, calidamq; temperiem. Errant igitur
qui proprijs indicijs neglectis, ad ea quæ longe po
lita sunt, & magnæ quæstiōni fuerūt, atq; ad hunc
usq; diem optimis philosophorum dubitata sunt
conuertuntur. Necq; enim propterea quod pueri
nasus magis sunt resimis, florentes aetate magis ad
uncis, idcirco rationabile est resimos omnes humi
dos censere, aduncos siccros. Sed fieri potest, ut for
maticis uirtutis eiusmodi opus sit, potius q; temperamenti.
Quod si temperamenti est nota, at cer
te eius quod in naso tantum habetur, non eius qd'
in toto corpore nota fuerit. Quare frustra illd' præ
dicant, in siccis natura temperamentis nasum acu
tum, ocu-

45.

sum, oculos canos, tempora collapsa. Quod scilicet in affectibus his, quae corpora liquant, atque supra eis par est, inaniunt, haec contingat. Sæpe namque sic accidit: sepe non ita. Sed uidere licet totius corporis habitum, & mollem, & pinguem, & album, & carnosum, cum tamen oculi sunt parui, & nasus acutus. Rursus siccum, macilentum, nigrum, & hirsutum, ubi magni sunt oculi, & nasus resimus, praestat igitur, siquidem de solo agitur naso, ut ex eo resismo, humiditatem, ex eo ad unco siccitatem conieret. Nec de totius animantis temperie ex his particulis pronuncies. Pari modo oculorum, & alterius cuiuslibet partis proprium temperamentum ex proprijs indicij estimeare est satius. Ergo de totius corporis temperie non recte ab una quamquam particula iudicium sumitur. Cum siue humoris uincentis, siue caloris, siue etiam amborum, cœsios oculos indicium statuere oportet, utique proprij ipsorum sic, non omnium totius corporis partium, temperamenti documentū erunt. Neque enim si dura & macra crura sunt, omnino siccum est totius corporis temperamentum. Alij namque affatim carnosi, & pingues, & crassi, & prominenti uentre, & molles, & candidi etiam cum eiusmodi cruribus cernuntur. Verum si totius corporis tēperies, parti ratione se habeat, siccii omnino sunt, quibus macra sunt crura. Humidi, quibus crassa. præterea qui
sil. min.

M bus acu-

bus acutus est nasus, aut aduncus. Hi siccii, quibus
relinimus humidi. Ad eundem modum de oculis, tempo-
ribus, cæteris denique omnibus particulis, iudican-
dum. Quibus impar temperamentum est, nec om-
niuni particularum idem, alienum a ratione est, ex uniu-
cæ particulae natura, de omnibus sententiâ ferre. Por-
to tale quippe plurimis eorum imposuit, cū nō
de hominum modo, sed etiam aliorum animalium
totius corporis temperamento, ex indicijs, quæ in cu-
tetenim spectant, iudicium ferre sunt ausi. Neque
enim si dura cutis est, necessario siccum est animas.
Sed fieri potest, ut tantum cutis sic sit affecta. Sed
nec si nigra hæc hirta ue est. Simili modo, nec si mol-
lis hæc, depilis ue est, humidum ex necessitate totum
est animal. Verum si per totum æquabiliter est at-
temperatum, ratio est, ut qualis sit cutis, talis sit &
reliquarum partium unaquæque. Sin inequaliter,
non item. Quippe ostrearum totum corpus humili-
dissimum est, cutis ipsa siccissima. Est enim ijs qua-
tegunt testa, cuiusmodi est nobis cutis. Atque hinc
illis Græce nomen οστρακον οντειν enim nominantur
omnia eiusmodi animantia, propterea quod cutis
ijs ostraco. i. testæ adsimilis. Ia malocostrata, id est
quæ molle testa integuntur, ueluti marinæ locustæ
& camari, & cancri, cutem quidem habet sicciam,
reliquam uniuersam temperiem humidam. Immo
vero illud ipsum humiditatis in carne nonnunquam
animali-

animalibus causa est, quod siccari, terrenaque pora
 tionem, natura his uniuersam circa cutem reponit.
 Non est igitur putandum, nec quod cutis ostreis
 siccata est, illico carnem quoque esse siccata. Nec quod
 haec praehumida, muccosaque est, iam cutem quoque
 eiusmodi esse. Quippe equum est quancque particu
 lam ex seipsa dignosci. Ergo tu in his peccat, non qui con
 metarios de temperamentis nobis reliquerunt, non quod
 id omittunt, quod Hippocrates rectissime admonu
 it, spectandum esse ex quibus, in quae mutationes su
 factae. Fit enim non raro, ut praesens nota prioris tempe
 ramenti sit, non eius quod in corpore nunc habeatur, ue
 luti si quis a iuniori natu sexaginta denso pilo sit, non
 quod calidus & siccus nunc sit, sed quod ante talis
 fuerit, consistant autem ei prius geniti pili. Ad eun
 dem modum, quo herbae, quae uere sunt enatae,
 non unquam peruererant aestate. Alijs enim spacio
 & paulatim, contigit a plurima illa hirtitate mutari. Labo
 tibus scilicet pre nimia siccitate pilis, alijs diutissime
 pilii permanet utique qui nec in processu temporis admo
 dum siccatur, et a primo ualente habuerunt originem. Arborum
 ritu, quarum radices in terra ualenter comprehenderunt. Ca
 uie igitur si quemadmodum pilosum uideas, hunc statim
 melacholicum putas. Sed si quidem floret adhuc actas,
 non dum esse tale. Si in declinat, melancholicum existi
 ma. At si senex est, non ita. Fiunt namque melacholica
 temperamenta, ex sanguinis adustione. Ceterum id pa
 xxiij

M i i t i n c i

ti incipit, non statim est percoctus, uerum hirtus
abude, qui calidus & siccus est, celeriter erit. Si mo-
do eorum, quæ proposita sunt, meminimus. Nō
illico melancholicus. Quippe cutis dēsitas, crassio-
rum excrementorum transitum remorans in tem-
peramentis, quæ calida in summo sunt, comburi-
ea cogit. Ita fit, ut tale ijs nunc sit excrementū, qd'
pilos creat, quale olim procedente tempore in ua-
sis sanguinis est futurum. Tū hæc igit̄ omissa prio-
ribus sunt. Tum præter hæc quod ex natura ex-
crementorum, indefinite de temperamentis pro-
nunciant. Putant enim particularum temperiem, si
milem esse cum excrementorū natura. Id uero usq;
quacq; uerum non est. Sed fieri interim potest, ut
pituitosa excrements colligantur, nec tamen humi-
da sit particula, immo frigida omnino: humida ue-
ro non omnino. Quippe cum siccā quoq; esse li-
ceat. Quod autem eis imposuit, facile animaduer-
titur. Non enim norunt quod ex cibis, nequaquam
ex ipso corpore nostro, pituita fit. Quare nihil mi-
ri est, si ubi ingestos cibos (qui humidi fortasse na-
tura sint) non uincit, simile ijs, ipsum quoq; excre-
mentum creet. Nō est igitur quod opinent, tanq;
corpus siccum est, itidem excrementum quoq; es-
se siccum. Etenim si quis ab initio sicciorē, frigidio-
req; temperamento statim fuit, is non melancholi-
cus est, sed utiq; ab exrementis pituitosus. Quod

Si ex

Si exhibitus mutatione, frigidus, siccusq; est reddi-
tus, necessario hic talis iam etiam melancholicus est
uerbi gratia, Si quis ante calidus & siccus, ex sangu-
ne urendo plurimā generauit atram bilē. Est enim
is præterquam quod siccus est & frigidus, proti-
nus etiam melancholicus. Sin a principio frigidus
& siccus fuit. Habitū quidē corporis eius albus,
mollis, depilis, uenis, articuliscq; parum expressis,
gracilis, & tangentī frigidus, animus uero minime
audax, & timens, & tristis, non tamen excrementa
huic melancholica sunt. In his igitur omnibus pec-
cant pleriq; medicorum ex eo quod proprias no-
tas respuunt, atcq; ad ea quae non perpetuo, sed fre-
quenter accidunt, conuertuntur. Eiusdem erroris
occasione, & quod excalfacit, id etiam siccare omni-
no putat. Hoc enim ueluti coronide summacq; uni-
uersi sermonis addito, secundum iam librum finire
statui. Quippe phlegmone obseffas partes calida
perfudentes aqua, atq; ita uacuari ab ijs humorē
cernentes, clare indicatum arbitrantur, siccitatē om-
nino calori succedere. Necq; id modo ubi cum siccii-
tate is, uerum etiam ubi cum humore est coniun-
ctus. Cæterum non est idē uel uacuasse ab aliquo
humorem, qui locis quibusdam sit dispersus, uel p-
riam particulæ alicuius temperiem sicciorē reddi-
disse. Siquidem inequalis quædam in his, quæ phle-
gmone laborant partibus, intemperies est, similari-

M iij bus

bus scilicet corporibus a proprio temperamento
non dum amotis, sed assidue adhuc in mutatione
atq; alteratione uersatis, omnibus nimirum inter-
politis inter eas spaciolis, fluxione refertis. Quæcū
q; igitur calida humidaq; natura sunt, cum sic affe-
ctis admouentur, ipsa quidem superuacanea quæ
media similarium spacia occuparunt, euocant. Cor-
pora tamen ipsa tantum abest, ut siccet, ut etiam il-
lis humorem adiçiant. Ac ipsa quidem ueritas ita
se habet. Demonstratio tamen euidentis dictis re-
quiritur. Verum eam cum & longiorem existi-
mem, q; ut huic libro inseratur, & auditorem desy-
deret, qui medicamentorum facultatis sit non igna-
rus, in præsens differo. Cæterum ubi in tertio li-
bro de omni temperamentorum genere tractauer-
o, ac de ijs, quæ potestate calida, frigida, humida,
siccaq; sunt omnem methodum indicauero, mox
integrum libellum scribere de inequali intemperie
decreui. Quippe si absoluetur a nobis
uniuersa de temperamentis
disceptatio, ad medendi
methodum non parū
adferet commodi
Galeni de temperamentis, Thoma Linacro
Anglo interprete, Libri secundi, finis.
eud p. M

GALENI DE TEMPERAMENTO

tis, Thoma Linacro Anglo interprete

Liber tertius.



C quod energia, siue actu calidorum, frigidorum, humidorum, & siccorum unūquodq; tale es se dicat, uel qd' sumā habet eius modi qualitatē, uel qd' uincit in eo id genus qualitatum aliqua, uel quod ad cognati generis mediocre aliquid, uel ad unumquodlibet a nobis sit collatum, prius est traditum. Monstratum præterea est quemadmodum ea quis agnoscere exerceat possit. Reliquum est, ut de ijs, quæ talia potestate sunt differamus, si tamen prius explicuerimus, quid ipso potestatis nomine significetur. Est autem breuis eius & facillima, & clara explicatio. Quippe quod quale dicitur, tale nondum est, sed pōtale esse, id hoc esse potestate dicimus. Homici uerbi gratia, qui mō natus fuit, rōnālē, & auē uolatilē, & canē uenaticū, & equū celere. Scilicet qd' eorū unū quodq; futurū omnino est, si nihil id extrinsecus impedit, hoc ceu iā id sit, appellātes. Vñ arbitror hæc esse potestate, nō actu dicimus, perfecū nāq; est, ac iā præsens, ipsa energia, siue quod actu est. Quod uero potestate est, imperfectum, & adhuc futurum, atque ut siat quidem id quod dicitur, uel

luti habi-

*esse potestia
calidū, qd'*

luti habile, non tamen adhuc subsistens. Siquidem
nec infans rationalis iam est, sed talis futurus. Nec
qui modo æditus est canis, uenator, qui scilicet ad-
huc non uideat, sed quod uenari queat si ad iustum
perueniat incrementum, sic nominatur. Ac maxi-
me quidem, pprie sola ea potestate esse dicimus,
et se poteris
in quibus natura ipsa suopte impetu ad absolutio-
nem uenit. Uticq; si nihil ei extrinsecus impedimen-
to sit. Præterea quæcunq; fientium (ut sic dicam)
continentes materiæ sunt. Nec refert continentes,
an conuenientes, an proprias dicas. Quippe cum
ex omnibus iudicetur, quod propinquū est, quod
cq; nec alia intercedente mutatione sic dicitur, uerbi
gratia cum sanguinem potestate carnem appellas,
quoniam minimam mutationem ad carnis genera-
tionem requirat. At non qui in uentriculo habetur
concoctus cibus, continēs carnis materia est. Sed
prius sit sanguis oportet, longius etiam absunt, ma-
za & panis. Quippe quæ ut caro fiant, certas sui
mutationes requirant. Cæterum hæc quoq; om-
nia, potestate caro dicuntur. Etiam ante hæc ignis,
aer, aqua, & terra. Etiam horum ipsorum commu-
nis materia. Atque hæc quidem omnia magis, mi-
nusue abusiue loquentibus nobis dicunt. Primus
autem modus eorū, quæ potestate esse aliquid di-
cuntur, maxime est, pprius. Proximus huic est eo-
rum, quæ sunt propinqua materia, ueluti si sumi-
dam ex-

44

dam exhalationem flammarum esse, aut halitum aerē
dixeris. Dicitur potestate esse, & quod ei quod ex
accidenti dicitur, est ex aduerso positum, ut si carno
si quis iuuenis in frigida lauationem, corpus eius
ex accidenti, non ex propria potestate calefacere di-
cat. Ergo tot modis etiam potestate calida, frigida,
humida, & sicca dicentur. Dubitabitur quoq; non
absurde, cur Castoreum, uel Euphorbium, uel Py-
rethrum, uel Struthion, uel Nitrum, uel Misy, cali-
da esse dicamus. Rursus lactucam, uel cicutam, uel
mandragoram, uel salamandram, uel papauer, fri-
gida. Vtrum ne sub prædictis iam modis compre-
hendantur, an alia quapiam ratione dicantur, quæ
dicta non dum sit. Bitumen namq; resina, & sacuū
& oleum, & pix, calida potestate sunt, quod utiq; ^{est}
energia calida celerrime siant. Etenim celerrime in-
flammantur. Præterea cum corporibus nostris ad
mouent, ea manifeste calefaciunt. At Calcitis, Mi-
sy, Synapi, Nitrum, Acoron, Meon, Costus, &
Pyrethrum cum nobis sunt admota, calida uiden-
tur. Alia magis, alia minus. Non tamē sunt idonea,
quæ in flammarum uertantur. An igitur seipso fal-
lunt, qui id solum estimant. Nunquid aliqua nō fa-
cile in flammarum transmutentur, quos utiq; nō sic.
Sed anno non uertantur in prunam estimare oportet.
Cum sit pruna ignis non minus, q; flamma.
Hoc tamen discrimine, quod aere, uel aereo quopi-
scit.

N am in,

am in igne mutato flama, terra, uel terreare aliqua
accensa, sit pruna. Atq; haec tenus quidē cōsentire se
cū sermo omnino uidet. Si quidē uidentur medica-
menta ea, quæ ubi ignē attigerit accēdunt, nos quo-
q; excalfacere, nisi si quod ppter crassitiē intra cor-
pus nō facile assumitur. Differetur enī de ijs latius
in libris de medicamentorū viribus. Quæcunq; tñ
medicamenta nostrum corpus excalfacere uident,
ea prompte uertunt in ignē. At quō igitur tñquā
tangētibus nō sentiunt calida, hoc haud scio cur di-
cant. Nam si energia, iamq; calidū, esse prædictorū
quidq; diceremus, pfecto mirari liceret, quomodo
tangētibus nō appareant calida. Nunc quod pos-
sint facile calida esse, idcirco ea potestate talia uoca-
mus. Itaq; nihil miri, si eos, qui se tāgūt nō dū calefa-
ciant. Veluti enim nec ignis ipse auger, priusq; ui-
cta ab eo ligna sint mutata, quod aliquo temporis
spatio oī fit. Ita nec animantiū calor a medicamen-
tis, nisi illa prius ab ipso sint mutata. Quippe alio
genere calefit, is qui ab igne uel sole ite pescit. Alio
is qui a prædictorū quouis medicamentorū. Illa nā
q; actu sunt calida, medicamenta nequaq;. Itaq; nec
calefacere nos ualent priusq; actu talia fiāt. At qd'
actu talia sint, id a nobis accipiunt, ueluti siccī cala-
mi ab igne. Ita uero & ligna ex sua quidem natu-
ra frigida sunt uniuersa. Sed quæ sicciora sunt, &
gracilia, ea facile mutantur in ignem. Quæ humi-
diora

Potestat
tē qmō
intellig.

Sol calid
actu.

dibra sunt & crassa, spacio egent maiore. Nihil igitur miri est, si medicamenta quoque primum quidem in parua & tenuia frangi postulant, secundo loco, ut tempore aliquo tametsi minimo, corpori nostro quo calida fiant sint adiuncta. Tu uero siea nec comminuta, nec prius calefacta, calida tamen fieri censes, quid significet, quod potestate calidum dicimus, parum mihi meminisse visideris. Sic enim ea exploras, tanquam energia sunt calida. Sed nec illud mirum, si quo recalsciant, calefieri ipsa prius postulent. Cum idem fieri cernatur, & in lignorum exemplo. Quippe haec uanescitent, morientemque flamمام tum seruant, tum uero augent dum ab hac, ipsa prius calefiunt. Non est igitur alienum, calorem, qui in animantibus habetur, eiusmodi medicamentis quasi alimento quodam uti quemadmodum ignis ligno. Quippe id ita quoque fieri cernimus. Si uero perfrigerato corpori eorum quodvis quantumuis diligenter comminutum inspergas, prorsus non calefit. Proinde quae refrigeratae partes sunt, eas eiusmodi medicamentis plurimū perfricamus, una calorem perfricando excitantes, una rarum, quod prius frigore fuit desum, reddentes. Quo scilicet tu introrsus pharmaciū penetret, tum naturali animantis calorī coniunctum mutetur, ac calefiat. Quippe cuius si particula quæpiam

N*on* uel mi-

terf minima, calorem energia concipiat, hunc deinde in totum propter cōtinuitatem porrigat, perinde ac si ex parua scintilla tēdam summo tenus accendas. Siquidem hanc uniuersam facile depascitur, nihil amplius scintillam requirens. Ac quidquid quidem potestate calidum est, huic nondum in natura sua calidum frigido præpollet, sed in propinquo est, ut præpolleat, adeo ut breuem opem quo uincat extrinsecus requirat. Hanc illi modo frictio abunde præstare potest, modo uel ignis, uel corporis alicuius natura calidi contactus. Non est igitur tam arduum rationem reddere, quid causæ sit, cur alia protinus ut corpus nostrum contigere, recalfacere id possint. Alia post longius id efficere spaciū. Quippe ex ijs, quæ igni appropinquant. Alia statim accenduntur, ueluti elychnium, & tenuis teda, & pix, & siccus calamus. Alia nisi diutius sunt admota, non uincuntur, sicut uiride lignum. Illud potius definiamus, cuius utiq; demonstratio cum de naturalibus potētis agemus, tradetur. Ex hypothesi nunc quoq; propōitorum causa, eo utemur, quatuor nimirum dicentes totius corporis proprias facultates esse. Vnam idoneorum tractricem, alteram eorum omnium retentricem, tertiam alteratricem, & quartam quæ alieni sit segregatrix, easdemq; facultates effectus esse totius in quouis corpore substantiæ. Quam etiam constare ex calido, fri-

*visibiles
corp. 4.*

do, frigido, hūido, & sicco inter se mixtis dicimus.
 Vbi igitur hæc unaquælibet earum, quas in se ha-
 bet qualitatum, corpus quod sibi admouetur, de-
 mutat, nec ipsam hoc casu tota sua substantia existi-
 mandum est agere, nec quod ab ipsa mutatur pos-
 se ei assimilari. Quare ne unq; nutrit, quod ita mu-
 tatum est, id qd' se mutauit. At si illa mutet, id est
 tota sua substantia operetur, uticq; tum sibi assimila-
 bit id quod mutatur, tum ab eo nutritur. Neque
 enim aliud nutritio est, quam adsimilatio perfecta,
Quoniam autem hoc definitum est, inde rursus in-
 cipiendum. Omne animal conueniente sibi nutrit
 alimento: conueniens autem cuiq; alimentum est,
 quicquid assimilari corpori quod nutritur, potest.
 Oportet igitur toti nutrientis substantiæ, cum to-
 ta nutriti natura communio aliqua, similitudoque
 sit: prorsus hic quoq; non paruo excessus, defe-
 citusq; subsistente in ipsis discrimine, cum alia ma-
 gis consentientia, similiacq; sint, alia minus. Proin-
 de etiam alia conficiendi opere ualentiore, ac diu-
 turniore, alia minore, ac breuiore egēt: auium caro
 minore, suilla maiore, bubula etiā hac maiore. Vinū
 uero ut assimiletur opus desyderat minimū. Quo
 sit, ut tum nutrit, tum roboret celerrime. Porro id
 quoq; in concoquendi instrumentis, uentriculo,
 iocinore, & uenis, prorsus aliquādiu traxerit opor-
 tet. **Quibus scilicet præparatum, nutritre corpus iā**
N iij queat.

*nutrize
dō.*

vinij vit

*cocochinib
mpanata*

queat. Ante uero quod in his sit demutatum fieri non
potest, ut animalis corpori sit nutrimentum. Ne si
per totū diem, ac noctem extrinsecus super corpus
sit impositum. Multoq; minus panis, uel beta, uel
maza, foris imposita nutriat. At quae quidem adsi-
milantur, omnia nutrimenta uocantur. Reliqua om-
nia medicamenta, est porro & horum natura du-
plex. Quippe uel cuiusmodi sunt adsumpta, eius-
modi etiam permanentia, uincunt, corpusq; mutat,
ad eum modum, quo id cibos, atq; haec prorsus tū
uenenosa, tum natura animalis corrupticia medi-
camenta sunt, uel mutationis initium ab animalis
corpore consecuta, deinceps iam putreficit, ac cor-
rumpuntur, deinde corpus quoq; una corruptum
ac putrefaciunt. Sunt autem haec quoq; noxia ue-
nena. Est his etiam amplius tercia medicamento-
rum species, corum nimirum, quae corpus recalfa-
ciunt quidem, mali tamē nihil adferunt. Est & quar-
ta eoru species, quae & agunt & patiuntur aliquid:
sed spatio uincuntur, planeq; adsimilantur. Accidit
porro his, ut tam medicamenta sint, q; nutrimenta.
Nihil aut̄ miri est, si exiguum cōsecuta momētum, ali-
qua maximā a priore natura mutationē habet. Cer-
nuntur enim eiusmodi multa in his, quae extra nos
sunt. Siquidē in ea Mysia, quae est Asia pars, do-
mus hac aliquando ratione conflagravit. Erat pro-
iectū columbinum sterlus, cui iam putri & excalfa-
facto,

medicamenta
et cibis
dipotia.

med. II. gen.

3

4

eto, ac uaporem edenti, & tangentibus admodum
 calido in propinquuo fenestra fuerat, ita ut iam con-
 tingeret eius ligna, quæ large nuper illita resina fue-
 rant. Media igitur æstate, cum sol plurimus incidis-
 set, accedit tu resina, tu ligna. Hinc aut & fores quæ
 dā aliæ, quæ prope fuerant, & fenestræ nuper etiā
 resina illite, facile igne conceperat, atq; ad tectū usq;
 summiserat. Vbi aut excepta semel a tecto est flam-
 ma, celeriter in totam domum est grassata. Hoc ar-
 bitror modo aiunt & Archimedem hostium trirē-
 mes urentibus speculis incendisse. Porro succendi-
 tur his prompte, lana, stupa, elychniū, ferula. Quic-
 quid deniq; similiter his siccum, rarumq; est. Flam-
 mā edunt, & lapides attriti, atq; hoc magis, si quis
 sulphure illos illeuerit. Eiusmodi erat medicamentū
 Medeæ. Quippe quod quibus est illitū, oīa ubi in
 id incidit, calor accedit. Cōstat id ex sulphure, &
 humido bitumine. Iam illud ceu rē mirandā quidā
 ostentauit. Extinxit lucernā, ac rursus muro admo-
 uens, accedit. Alter lapidi eā admouit. Fuerat aut
 tu murus, tu lapis sulphure cōtacti. Quod ubi de-
 prehensum est, desit mirū uideri, quod ostentaba-
 tur. Ergo omnia id genus medicamīa, perfecte, atq;
 ad consummationē calida adhuc nō sunt, aptissima
 tamen ut calida fiant. Atq; idcirco potestate cali-
 da dicuntur. Ac de ijs quidem nulla est dubitatio.
 Sed nec cur uinū bibitū ualenter corpus calefaciat.

Monstratū

Monstratum enim supra paulo est, id non utiq; ut
calidum medicamentum. Immo ut conueniens nu-
trimentum calefacere animal. Tanq; enim ignis ido-
neum alimentum, igne ipsum auget, ita quicquid
corporum natura calidorum proprium & natura-
le est nutrimentum, id ea semper non solum robo-
rabit, sed etiam insitum eorum calorem augebit. At
cq; id quidem omnis nutrimenti communis effe-
ctus est. Vino praeter cætera proprium, ac suū est
mutatiōis celeritas. Ita utiq; ut tēdā, clychnij, stup-
pae, picis. Iam uero ab ignis exemplo non digressi:
admoneamus rursum de lignis uiridibus, quæ ipsa
quoq; ignis nutrimentum sunt. Cæterum non sta-
tim, aut continuo, eoq; sæpe numero igni iniecta,
non solum flammam quasi sopiunt, sed etiam si im-
becilla est & parua, corrumpendæ quoq; eius pe-
riculum afferunt. Sic profecto & in animalibus ci-
bi, qui uti prorsus ad silentur, & corpus nutriant
spatio egent, hi frigus uniuersi, potius quam calo-
rem afferre in præsentī uidentur. Cæterum calefa-
ciunt hi quoq; spatio, non secus, ac reliqui cibi, si se
mel ut corpus nutriant, sint consecuti. Omne enim
nutrimentum, quatenus nutrimentum est, anima-
lis calorem auget. At si deuoretur quidem ut nutri-
mentum, nec tamen superetur, id erit quod Hyp-
pocrates dixit, nomine quidem nutrimentum, re-
autem minime. Quippe cum trifariam nutrimen-
tum dica-

sum dicatur, sicut ipse docuit his uerbis. Nutrimentum est, & quod nutrit, & quod ueluti nutrimentum est, & quod futurum nutrimentum est, quod utiq; iam nutrit, & corpori adiungitur, nec amplius futurum est, id proprie nutrimentum nominatur. Idem uero & corpus qd' nutrit, excalfacit, qd' reliquorum neutrum facit. Quod scilicet proprie nutrimenta non sint. Sed alterum eorum ueluti nutrimentum, alterum tale futurum. Proinde nec uinum ipsum semper animal calefacit, & que, ut nec oleum flammatum accedit, tametsi aptissimum est ignis nutrimentū. Immo si imbecille & exigue flammæ, confertim multum oleum infundas, suffocabis eā, prorsusq; extingues, potiusq; augebis. Sic igitur & uinum, ubi plus bibitur, q; ut uinci possit, tantum abest, ut animal calefaciat, ut etiam frigiditia uitia gignat. Quippe apoplexiae, & paraplegiaæ, & quæ Græce caros, & comata vocamus, & nervorum resolutio, & comitiales conuulsiones, & tentani, immodicum uini potum comitantur. Quorū unumquodq; frigidum est uitium, generatim enim quæcunq; assumpta in corpus, ut nutrimentum calefaciat, hæc interim frigefacere deprehendas. Eque scilicet, ut flammatum ab eadem materia, non augeri modo, uerū etiam aliquando extingui. Atq; hæc quidem omnia, tum ijs, quæ de elemētis, tū ijs quæ de temperamentis sunt prodita consentiunt.

O Illud for-

*foris nocte
ant curat*

Hud fortasse dissonare videbitur, quod ex ijs, quæ
ut nutrimentum comeduntur, aliqua cuti imposita,
hac erodit, atq; exulcerat. Sicut sinapi, muria, allia,
cepe. Verū hoc quoq; cū positis a principio hypo
thesibus concordat. Etenim propria, qd' tum in
uentre concocta, tū in uenis in sanguinē uersa mu-
tant, alteranturq; præterea qd' uno loco nō perma-
nēt; sed in multas partes diuisa, undequaq; ferunt,
adde & qd' nō solū multis succis miscent, sed etiā
eibis. cū quibus sumuntur, adhæc qd' celeriter eos
rū & concoctio, & partiū separatio perficit, ita ut
quod cōueniens in eis est adsimileat, quod superua-
caneum & acre, per aluum urinas, & sudorē exer-
nat: propter hæc incipit, oīa qd' foris impositū exul-
cerat, id comestū nō exulcerat. Quāvis si uel unum
quodlibet horum accederet, satis esset ad ea quæ
foris sunt integra seruanda, uerbi causa mutatio
ipsa. Si nanque non maneat sinapi, quale extrinse-
cus fuit, cum est adsumptum, manifestum est,
nec uim eius manere censemendum. Quod si tum di-
rimuntur eius partes, tum purgantur, multo utiq;
magis sic censemendum. Iam satis erat quod nec eos
dem loci manet. Cum nec circa eutim aliquid effi-
cere posse uideatur, nisi diutius immoretur. Sed
nec mixtio ipsa cum multis cibis parum momenti
habet. Si enim id citra aliū cibū solū assumas,
facile intelliges quantum molestiae, & rosonis
notabilis ○ *uentris*

94

mentriculo sit allaturum. Quin etiam, si plurimo
dulci admixtum succo, cuti id imponas, quam
nihil adferat incommodi. Cum igitur prædicto-
rum unumquodlibet per se, satis prohibere pos-
sit, quo minus sinapi, quod foris facit, idem fa-
cere intus possit, multo arbitror magis, ubi mul-
ta simul coierint. Nam & coquendo alteratur,
& expurgatur, & cum multis alijs miscetur, &
uarie distribuitur, & in omnem partem fertur,
nec in ulla moratur. Quod autem si acrimoni-
am suam seruaret, interna quoque omnino exul-
ceraret, ex ijs, quæ sponte accidunt ulceribus,
intelligas. Gignitur enim nō raro alijs ex uitioso
cibo, alijs ex quapiam in ipso corpore corrupte-
la, & putredine, uitiosus succus, quam cacochy-
mian uocant. Iis aliquando interiorum quoque
aliquid exulceratur. Magna tamen ex parte, cu-
tis quoniam in hanc excrementa quæ in habitum
corporis colliguntur, natura expellit, multis & as-
siduis ulceribus afficitur. Quippe cancri pha-
gedenie, herpetes erodentes, carbunculi, & qui
chyromia, & Celephia uocantur, milleque aliæ
ulcerum generationes, ab eiusmodi cacochymia
nascentur. Necq; igitur talium quicq; est dubitan-
dum. Sed nec cur medicamentorum nonnulla, cū
nihil nos extrisecus offendit, intro assumpta mag-
nitudine, & in manu agitata, O ijs num afferant
dunc nra

tum afferant malum. Aliqua rursus intro assump-
pta, nonnunq; ledant, nonnunq; conferat. Aliqua
non solum intro assumpta, sed etiam extrinsecus ap-
plicita offendant. Quippe ut semel dicam, nihil fo-
cis, intusq; parem agendi facultatem habet. Neque
enim aut uipere uenenum, aut rabidi canis spuma,
aut aspidis virus, quae tamen si extrinsecus corpori
occurrant, offendere creduntur, parem uim habet,
uel soli cuti applicata, uel intro assumpta. Sed nec il-
lud est mirandum, si caeterorum medicamentorum
uis, ad profundum non peruenit. Necq; enim ne-
cessere est, ut omnia parem habeant uim. Quod si ex
ijs, quae intro sumuntur non pauca, certo tempore,
& certa quantitate, & in mixtura, cum caeteris acce-
pta, conferunt. Intempestive autem & largius, nec
cum alijs admixta laedunt, ne id quidem dubitatio-
nem ullam disputationi pariat. Siquidem id tum ci-
bis, tum igni, tum uero omnibus, ut sic dicam quae
corpori occurunt, accidere solet. Nam & medio-
cri nobis flamma nonnunq; opus est, ea q; usi, plu-
ritum ex ea iuaramur. Cum tamen immodica fla-
manos urat. Ad eundem modum & frigide potio
quae mediocris est, confert quae immodica est, ma-
ximam affert lesionem. Quid igitur miri est, esse me-
dicamen aliquod, adeo calidū potestate, ut si mul-
tum eius sumatur, ac in uacuum corpus inferatur,
erodat prorsus, uratq;. Sin exiguum sit, & cum ijs,
que ue-

quæ uehementiam eius remittant, cōuinctum, nō
modo nihil incomodi afferre, uerum etiam calefa-
ciendo iuuare. Lacrimam enim, uel Cyrenaicā, uel
medicam, uel particham ipsam quidem per se, citra
incomodum sumere non est. At si omnino exigua,
uel cum alijs intemperie congruente sit sumpta, ma-
gnopere conduit. Atq; adhuc quidem modum,
quæcunq; corpus excalfaciūt, ubi mutationis prin-
cipium in ipso sicut dictum prius est accepere, re-
calfacere illud sunt apta. Quæ uero refrigerant, uelu-
ti papaveris succus, hæc a nostro corpore, ne uel
paulum quidem demutatur, sed ipsum statim uin-
cunt, ac mutat, etiam si calefacta prius dederis. Est
enim eorum natura frigida, quemadmodum aqua.
Quare illud recte Aristoteli, sicut alia multa, dictū
est. Calidorum, frigidorum, siccorum, & humido-
rum corporum, quædam esse talia per se, quædam
ex accidenti. Sicut aqua per se quidem frigida est,
ex accidenti uero aliquando calida: uerum acquisiti-
tius eius calor breui perit, naturalis frigiditas ma-
net. Tanq; igitur calida aqua flammæ iniecta, eam
extinguit. Sic meconium si id quantumuis calefas-
cetum dederis, & calorem animalis perfrigerabis,
& necis periculum afferes. Omnia igitur id genus
medicamenta, si exigue sint data, & una cum ijs, quæ
uehementiam frigoris eorum castigare ualeant, nō
nonnuq; usum aliquem corporibus nostris præ-
dictis habent.

O iij stant,

stant, quemadmodum in opere de medicamentis
dicetur. Siquidem medicamen id quod Canthari-
das recipit, hydericis prodest. Tametsi cantharis
ipsa, uesicam omnino exulcerat. Verū ubi per ea,
*cā facit
post frigore*
quæ admiscetur castigata est, ac corpori, quod plu-
rimo humore grauatur, cum offertur, illum per uri-
nas expellit. Maxime igitur est attendendū in omni-
bus, quæ potestate calida, frigida uero dicunt, sint ne
ex natura eorum, quæ nutritre corpus possunt, an
eiusmodi, quæ exiguum alterationis momenū na-
cta, deinde secundum propriā naturā alterata, cor-
pus ipsum aliquo modo afficiunt. Tertio loco an
nullo pacto ab eo quicq; alteret. Si nāq; ex nutri-
ciū sunt genere, siquidē uincant, calefaciūt. Si nō uī-
cant, refrigerat. Si ex ijs sunt quæ exigū quippiā
alterat, oīo calefaciūt. Si uero ex ijs, quæ enī nō
alterant, maxime refrigerant. Attendere autē, ut di-
ctū est q; maxime oportet, ac discernere, quæ per
se sunt, ab ijs, quæ per accidens, nō in calidis & fri-
gidis modo, sed nihilo etiam setius in siccis & hu-
midis. Quippe aliqua talit, cum siccā substantiam
sint sortita, ubi largo calore sunt liquata, humidatis
phantasiam præbent, ueluti aēs, & ferrum. Quæ
dam per se humida, ubi in sincero frigore sunt mo-
rata, apparent sicca sicut glacies. Minime igitur de
ijs omnibus faciendum absoluto, & sine ulla exce-
ptione iudicium est, sicut in superioribus monui-
mus. Sed

56

mus. Sed cum eo, ut quenadmodum sese in calore, frigoreque habeant, considerentur. Siquidem si exiguo praedita calore, nihilominus humida cernuntur, talia esse ex propria natura sunt censenda, tametsi cum copioso calore sint sicca. Quae uero uel sub feruenti calore fluunt, uel sub puro rigore sunt concreta, ne horum quidem altera per se humida, altera per se sicca sunt existimanda. Ergo tu adhunc modum distinguere conueniet, quae per se sunt, ab ijs, quae per accidens, tu ad haec ipsa spectantibus, eorum quae potestate calida, frigida, humida, sicca uesunt, iudicium faciendum. Non enim ad id quod secundum accidens est, respiciuntibus; sed ad id, quod secundum se est, id quod potestate est, iudicari debet. Porro communis in omnibus, una cum iudicandi ratio est, alterationis celeritas. At cum calidum, frigidum, humidum, & siccum dicantur, quod scilicet alia perid, quod exuperat, alia quod eam qualitatem a qua sunt denominata, summa habeant, in utrumque horum prompte uertitur, de quo agitur iudicium, tale potestate fuit. Oleum nanque calidum potestate est, nimis irum quod flamma facile fiat. Eodem modo resina, bitumen, & pix. Vintum autem, quod facile fiat sanguis. Parimodo mel, & caro, & lac. Atque haec quidem totis ipsorum alteratis substantijs, instrumenta se altreatum sunt. Quae uero unaqualibet qualitate,

qualitate, alterantur ac mutantur, ea medicamenta
tantum sunt. Medicamenta itidem sunt, & quae nul-
differuntur
met rite p
medicamenta
la substantiae suae mutata parte, sed tota seruata inte-
gra, corpus ipsum afficiunt. Cæterum grauia &
naturæ animalis corruptentia. Vnde & totum eo-
rum genus deleterior & pestilens dici reor. Quip-
pe haec non minus genere deleteria sunt dicenda,
quod ubi plane minima exhibentur, nullam inferunt
sensibilem noxam. Sic namq; necq; ignis ipse calidus
sit, necq; nix frigida. Nam horū quoq; si quid pro-
sus exiguum est, nullum euidentēs in corporibus no-
stris excitat effectum. Quippe cētesima unius scin-
tillæ pars, est quidem omnino genere ignis. Cæte-
rum adeo nos non urat excalciatue, ut corpori in-
cidens, ne sensum quidem ullum sui excitet. Ad eū
dem modum frigidæ asperginis centesima portio
nō modo nihil offendat, aut refrigeret, sed nec sen-
sum sui ullum præbeat. Nequaq; igitur sic iudican-
da deleteria sunt. Immo totius naturæ suæ contrarie-
tate. Porro iudicabit contrarietas, ex eaquæ media
intercedit mutatione. In elementis uerbi gratia, ne-
cq; aqua mutari potest in ignē, necq; ignis in aquā:
sed ambo in aerē, is uero ī utracq;. At illa in alterutru
nullo modo. Ergo cōtinēs, & sine medio est aquæ
mutatio in aerē, itemq; ignis. Non continens, ignis
& aquæ in alterutrum: haec igitur inter se contraria
pugnantiacq; sunt. Nou dissimili ratione papave-
ris succus,

ris succus, hominis corpori prorsus est contrarius
ut quod in id quicqz agere ne una quidem qualita-
te possit, multo minus tota sua substantia possit. At
qz unum quidem deleteriorū genus eiusmodi est,
alterum est eorum, quae ex nostro calore momen-
tum aliquod mutationis accipiunt, at deinde in mul-
tifarias alteratiōes uertuntur, quibus corrupti na-
turam nostram accidit. Eiusmodi enim omnia dele-
teria genere sunt, etiam si propter exiguitatem nō
nunqz nihil quod sentiat efficiant. Ac quae corpo-
ris naturam rodunt putrefaciunt, & liquant, meri-
to potestate calida nominantur. Contra quae refri-
gerant, & sensum auferunt, torporemqz notabilem
afferunt, frigida. Et priora quidem nihil non ratio-
ni consonum, nec ipsa pati, nec in corporibus no-
stris efficere uidentur. Siquidem calido corpori ap-
plicata, & mutationis momentū aliquod hinc ade-
pta, partim eorum ad summam caliditatem, partim
proueniunt ad putredinem. Iure igitur pro affectu
quae ipsa consecuta sunt, etiam corpus animalis af-
ficiunt. At quae corpus tametsi ipsa calida sunt, ap-
plicata, tamen refrigerant, non paruam dubitationē
afferunt, utrius potius naturae sint. Nam si energia
semel calida sunt reddita, cur animal nō calefaciūt?
Sin nondum sunt calefacta, quomodo apparent ca-
lida. Soluetur dubitatio si distinguatur, quod per
se frigidum est, ab eo quod est ex accidenti. Ita uti

P Aristoteles

calida.
frigida.

calida applicata
si p se frigida
refrigera.

Aristoteles docuit. Perit nanc̄ celeriter eorū, quae
ex accidenti sunt calida, acquisitius affectus. Ita ut
in priorem naturae suae statū facile reuertantur. Por
ro in applicandis ijs nobis, quae natura quidē sunt
frigida, sed per accidens calida, duo hæc contingē
re est necesse, ut & acquisitius eorum calor pere
at, & propria eorum temperies, a nostra nihil im
mutata, frigida perstet. Et quid miri si papaueris
succus, mandragora, uel cicuta, uel similiū aliquid,
quæ exhibeantur calefacta, paulo post euadunt
frigida? Cum idem patientur, ptisana, & lac, & far,
& panis. Vbi in imbecillum uentre demissa, ab
eo non superantur. Euomuntur enim nō raro abū
de frigida. Et quod ijs maius est, quodq; Hypopo
erates notauit, pituita ipsa quamvis iam succus sit,
atq; ex cibis in uentre iam concoctis nata, nihil omni
nus frigida tangentibus sentitur, necq; id modo dū
in uentre conficit, sed postq; a uenis ipsis, purgan
tis, cuiuspiam medicamentū ui, est detracta. Tamet
si enim q; tenacissima est, ac per uim ducitur, atta
men ne ipsa quidem tractus uiolentia calefieri po
test. Quid igitur miri, si etiā papaueris succus, qd'
naturae nostræ tam contrarium in medicamentū est,
q; celerrie refrigeret, etiā si calefactus sit exhibitus?
refrigeret autem una secum & corpus? Quippe
acquisitius calorē nō seruat, propterea quod natu
ra frigidus est. At quia eius substantia a nobis nō
alterat.

*tibit
pergrada*

alterat. Immo potius nos alterat, & mutat, idcirco
 nec a nobis quicq; recipit caloris, & pro sua natu-
 ra nos afficit. Itaq; cum frigidus natura sit, & nos
 utiq; refrigerat. Nihil igitur in dictione nostra est,
 dubitatiois reliquum. Enim uero quod horum om-
 nium, quae frigida per naturā sunt, quicquid plus
 iusto caleficeris, ex propria id natura recedat, pra-
 terq; quod nullam dubitationem habet etiam præ-
 dictis a nobis, assert testimonium. Sicut enim sala-
 mandra ad certum usq; terminum ab igni nihil pa-
 titur, uritur autem, si longiore spatio igni sit admo-
 ta. Sic & mandragora, & cicuta, & psyllium, bre-
 ui spatio igni admota, proprium adhuc tempera-
 mentum seruant, largius autem excalefacta, illico
 corruptuntur, nec quicq; efficere, quae prius po-
 terant, ualent. Ac talium quidem omnium natura,
 hominibus maxime est contraria. Sane naturam cū
 dico, uniuersam substātiā, ac tēperie, quae ex primis
 elemētis cōflat, significo, calido, frigido, hūido, sic-
 co. Eorum uero, quae celerrime nutrīunt cōuuniētis-
 sima. Reliqua oīa media inter hæc sunt, quorū alia
 magis, alia minus agere, ac pati a corpore nostro
 possunt. Siquidem castoreum, & piper agere ma-
 gis in corpus nostrū q; pati ab eo ualent. Vinū, &
 mel, & ptisana, pati magis, q; agere. Ergo hæc oīa
 tum agunt circa corpus aliquid, tum uero patiunt,
 Omnino enim ubi duo corpora inter se commissa,

P iñ aliquā

aliquam multo tempore pugnant, certant eis de alterando, utrumque eorum tum agere, tum pati est necessare. Fortasse autem & si non multo tempore id fiat, anima mea agit etiam id quod uicit, in id quod uicit: uerum ita exiguum, ut sensum effugiat. Neque enim si acutissimo fere ro, molliissimam cæram toto die ac nocte incidas, fieri potest, ut non fiat, manifeste obtusius. Ita nimis illud comode dici uidetur. Assiduo illisu durum causat undula saxum. Quippe ita quoque factum cernitur. Cæterum uno, aut altero ictu nihil adhuc evidentes uidere in talibus licet. Ex quo factum arbitror, ut quædam ab admotis sibi, nihil prorsus pati, opinioni nonnulli sint. Et cedendum quidem est ita loquentibus. Sæpe uero nobis quoque ipsis ita plerisque loquendum est, nisi sicut ibi ad ultimum examen, disputationem perducimus; quemadmodum in praesentia facimus. Sic igitur $\alpha\mu\pi\alpha\mu$, id est, nunquam deficientis affectionis dogma, in utique qui solum id estimant, ualente demonstratione non caret. Non est tamen eius ad priuatas singulatum obeundas actiones ullius usus. Si namque adeo exigi affectus sint, quibus assidue afficimur, ut nulli actioni sensibile, & manifestum incommodum afferant, facile profecto contemnendi sunt, atque ei qui affectus id gerunt nullos esse dicit non repugnandum. Perinde igitur habet, & in his, quæ nutrit, prope dixerim omnibus. Quippe quæ ipsa quoque in corpore hominis alio.

59

nis aliquid faciunt. Sed nec sensibile aliquid prorsus, nec euidentis, diuturna tamen eorum exhibito, magnopere alterat, mutatq; iam corpora. Sunt enim & quae primo statim usi, manifestam alterationem suam indicent, ueluti lactcea, quae eos, quibus uenter aestuat, manifeste refrigerat. Atq; a siti vindicat quibus refrigeratum est, manifeste ledit. Conducit uero & ad somnum non parum, neq; id alia ratione ulla q; quod frigido temperamento & humido est. Verum sice est humida, & frigida ad hominem, & alia quae nutriti sunt apta, sicut viridia ligna ad ignem. Quare rationabiliter cibi, id genus unumq; praestant, & quod ueluti medicamenta corpus nostrum afficiunt, & qd' nutriunt. Toto quidem concoquendi sui tempore, ut medicamenta. Vbi iam nutriunt ac prorsus sunt adsimilata, ut quae nihil in nos agant, sed naturalem calorē augeant, ceu prius est dictū. Quippe id omnium quae nutriti commune est. Nec est quod miremur, si modo exempli viridium lignorum non sumus immemores, esse aliqua, quae priusq; adsimilentur, & nutritant; dum adhuc concoquuntur, refrigerent, cum adsimilata sunt, ac iam nutriti, calefiant. Itaque usus quoq; talium omnium duplex medicis suppetit, tum ut ciborum, tum ut medicamentorum. Fac nanc; mutata sit alicui optima uentriculi temperies, ad calidorem. Is profecto q; diu lactucam concoquit, refrigerabitur, & me-

P iiiij diocri

Lactuca

Duplicet cibi
& medicina.

*calor adgit
q. e. fca.*

diocritatem temperamenti assequetur. Vbi uero ex ea iam nutritus est, insitū caloris substantiam augabit. In eo igitur uel maxime sese fallere uidetur. Iuniorum medicorū uulgas, quod ignorat in nobis aliquando quantitatem caloris intendi, aliquando substantiam eius augeri. Tum quod utroq; genere ueteres calidius factum animal dicant. Quando etiam calidius sit, siue calorera eius intēdas, siue substantiā, in qua prima consistit, inaugeas, singe nāq; ex ijs, quae in animalis corpore continentur, sanguinem esse per se calidum, aut si magis placet flauabilem, reliqua omnia ex accidenti esse calida. Ut tīq; quod huius aliquam habeant partem, nunquid ne esse erit animal bifariā calidius esse, uel quod plures calidorum succorum sit sortitum, uel quod calidiores eos habeat q; ante. Mihi plane ita uiderur. Ad eundem modum arbitror, & frigidius erit bifariā, uel quod plures illi succreuerint frigidi succi, cœu pīuita, & nigra bilis, uel quod eorum omnium modo non mutato sola qualitas sit intēta. An igitur miri quicquam est, si corpus quoad concoquit, qui frigidus natura cibus est, sicut portulaca, & lactuca, frigidæ qualitatis non parum percipiat, pereo-cto autem, ac iam in bonum sanguinem uerso: calidi succi accessione, calidius q; prius euadat. Atqui si nihil horū, aut eiusmodi est, quod fieri nequeat, aut etiam adhuc mirū, desinat iam obstrepere, qui

60

unum eundemq; cibum, tum nutrimenti, tum me-
dicamenti usum corpori præstare negant. Tanc;
enim si omnino non percoqueretur, perpetuo ma-
neret medicamentū, sic cū iā est percoctū, ambo ef-
ficiet. Pone enim prorsus nō concoquatur lactuca,
uel si in uis succus ipsius, qñ si liberalius sumat, si
milē in hōje cū papaveris succo effectū habet. Nū-
quid hoc casu medicamentū rātū erit, nec aliud quic
quā? Nemo arbitror de ea re dubitet. Ergo habet
omnīo lactuca & medicamēti facultatē. At uero ha-
bebat et nutrimentū: quippe que persepe nutrit. Am-
bas igit̄ facultates simul in se cōtinet, nō tamē simili-
ter ambas ostendit. Verum ubi plus egit in homi-
ne, q; sit passa, medicamenti potius indicat faculta-
tem, ubi passa plus est q; egit, nutrimentū. Nec mirū
ullū est, si lactucae tū agere, tum pati contingit, quā
do enī quoq;, ceū paulo ante diximus, nō solū in
ceram agere, sed etiā ab ea pati accidit. Cæterū eo
quod multo amplius est quod agit, q; quod patit,
alterum latet. At si durissimum illi ferrū admoue-
as, cōtra magis pati, q; ageret tibi uidebitur. Tam-
etsi agit aliquid tum quoq;. Sed negligitur præ exi-
